9 Scio, quia dedit vobis Dominus terram: Incidit enim timor veſtri ſuper (f) nos. Audi- 10 vimus enim, quia exſiccavit Dominus Deus rubrum Mare à facie veſtra; quando egrediebamini de terra Ægypti: & quæcunque fecit duobus regibus Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem, Seon, & Og; quos exterminâſtis eos. Et audientes 11 nos, obſtupuimus corde noſtro: & non ſtetit ultrà ſpiritus in ullo (g) noſtrûm à facie veſtra: quoniam Dominus Deus veſter, Deus in cælo ſurſum, & ſuper terram deorſum. Et nunc jura- 12 te mihi Dominum Deum; quoniam facio vobis miſericordiam, & (h) facite etiam vos miſericordiam in domo patris mei. Et 13 vivificate domum patris mei, matrem meam, & fratres meos, & univerſam domum meam, & omnia quæcunque ſunt eis, & eximetis animam meam de morte. Et dixerunt ei viri; Anima no- 14 ſtra pro vobis in mortem. Et ipſa dixit; Poſtquàm tradiderit Dominus vobis civitatem; facietis in me miſericordiam, & veritatem. Et demiſit eos per (i) fe- 15 neſtram. Et dixit eis; In mon- 16 tanam abite, ne occurrant vobis perſequentes: & latitabitis ibi tres dies, quoaduſque reverterint, qui perſequuntur poſt vos: & poſteà abibitis in viam veſtram. Et dixerunt ad eam viri; In- 17 noxii ſumus à juramento tuo hoc. Ecce nos intramus in partem ci- 18 vitatis: & pones ſignum, funiculum coccineum hunc ligabis ad feneſtram, per quam demiſiſti nos per eam. Patrem vero tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & omnem domum patris tui congregabis ad teipſam in domum tuam. Et erit, omnis quicunque 19 exierit portam domûs tuæ foràs; reus ſibi ipſi erit: nos autem innoxii à juramento tuo hoc: & quicunque fuerint tecum in domo tua, nos rei (k) erimus. Si 20 quis autem nobis nocuerit, vel etiam revelaverit verba noſtra hæc, erimus innoxii à juramento tuo hoc. Et dixit eis; Juxta 21 veſtrum verbum ſit. Et emiſit eos, & (l) iverunt; Et venerunt in 22 montanam, & permanſerunt ibi tres dies. Et exquiſierunt ii, qui perſequebantur, omnes vias: & non invenerunt.

MS.A. (ϑ) κύριος ὑμῖν τὴν (ι) πρὸς ἡμᾶς. (κ) τὴν θάλασσαν τὴν ἐρυθρὰν ἀπὸ (λ) ἐξ Αἰγύπτου· (μ) ἐξωλεθρεύσατε (ν) οὐδενὶ ἀπὸ (ξ) μου, καὶ τὴν (ο) μου, καὶ τὰς ἀδελφάς μου, καὶ πάντα ὅσα (π) ποιήσατε μετ᾽ ἐμοῦ ἔλεος (ρ) ἀπέλθατε, (σ) ἕως ἀναστρέψωσιν (τ) ἐκδήσεις τὴν (υ) ἐν αὐτῇ. καὶ τὸν πατέρα (φ) τὴν οἰκίαν σου (χ) ἀδικήσῃ καὶ (ψ) ὑμῶν οὕτως ἔσται. (ω) Καὶ ἦλθον εἰς (α) οὐχ εὗρον. Καὶ

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

9 ואמרת לגבריא ידענא ארי יהב יי לכון ית ארעא וארי נפלת אמתכון עלנא וארי
10 אתברו כל יתבי ארעא מן קדמיכון: ארי שמענא ית דיבש יי ית מי ימא דסוף מן
קדמיכון במפקכון ממצרים ודי עבדתון לתרין מלכי אמוראה די בעברא דירדנא
11 לסיחון ולעוג די גמרתון יתהון: ושמענא ואתמסי לבנא ולא אשתארת עוד רוחא
באנש מן קדמיכון ארי יי אלהכון הוא אלהא דשכנתיה בשמיא מלעלא ושליט על
12 ארעא מלרע: וכען קיימו כען לי במימרא דיי ארי עבדית עמכון טיבו ותעבדון אף
13 אתון עם בית אבא טיבו ותתנון לי את דקשוט: ותיחון ית אבא וית אמא וית אחי וית
14 אחתי וית כל דילהון ותשזבון ית נפשתנא ממותא: ואמרו לה גבריא נפשנא מסירא
חלף נפשתיכון לממת אם לא תחוון ית פתגמנא דין ויהי כד יתין יי לנא ית ארעא
15 ונעבד עמך טיבו וקשוט: ושלשלתנון באטונא מן חרכא ארי ביתה בכותל שורא
16 ובשורא היא יתבה: ואמרת להון לטורא אזילו דלמא יערעון בכון רדפיא ותטמרון
17 תמן תלתא יומין עד דיתובון רדפיא ובתר כן תהכון לארחתכון: ואמרו לה גבריא
18 זכאין אנחנא ממומתך הדא דקיימת עלנא: הא אנחנא עלין בארעא ית תורא דחוט
זהוריתא הדין תקטרי בחרכא דשלשלתנא ביה וית אבוך וית אמך וית אחך וית כל
19 בית אבוך תכנשין לותיך לביתא: ויהי כל דיפוק בר מדשי ביתיך לברא חובת קטוליה
ברישיה ואנחנא זכאין וכל די יהי עמך בביתא חובת קטוליה ברישנא אם יד אנש תהי
20 21 ביה: ואם תחוין ית פתגמנא דין ונהי זכאין ממומתיך דקיימת עלנא: ואמרת כפתגמיכון
22 כן הוא ושלחתנון ואזלו וקטרת ית תורא דזהוריתא בחרכא: ואזלו ועלו לטורא
ויתיבו תמן תלתא יומין עד דתבו רדפיא ובעו רדפיא בכל ארחא ולא אשכחו:

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

9 Et dixit viris: Scio quod dedit vobis Deus terram, & quod cecidit terror veſter ſuper nos, & quod fracti ſunt omnes habitatores terræ à facie veſtra. 10 Namq; audivimus quod exſiccavit Deus aquas maris Suph à facie veſtra, cum exiiſſetis ex Ægypto: & quæ feciſtis duobus regibus Amorræi ultra Jordanem, Sion & Ghog, ꝗ confeciſtis eos. 11 Et audivimus, & liquefactum eſt cor noſtrum, & non relictus eſt ampliùs ſpiritus in homine à facie veſtra: quia Dñs Deus noſter ipſe eſt Deus, cujus majeſtas eſt in cœlis deſuper, & dominatur ſuper terram deorſum. 12 Et nunc jurate mihi in verbo Dei; nam feci vobiſcum bonitatem, & facietis etiam vos cum domo patris mei bonitatem: & dabitis mihi ſignum veritatis: 13 Et vivere facietis patrem meum, & matrem meam, & fratres meos, & ſorores meas, & omnia quæ illis: & eripietis animas noſtras à morte. 14 Et dixerunt ei viri: Anima noſtra tradita pro animabus veſtris ad moriendum, ſi non prodideritis dictum hoc. Et erit quando dederit nobis Dñs terram, & faciemus tecum bonitatem & veritatem. 15 Et incatenavit eos fune de feneſtra: nam domus illius in pariete muri, & in muro illa habitabat. 16 Et dixit illis: Ad montem ite, ne fortè offendant in vos perſecutores; & abſcondemini ibi tribus diebus, quoad redeant perſecutores: & poſtea redibitis in viam veſtram. 17 Et dixerunt ei viri: Immunes nos à juramento tuo hoc quod firmaſti ſuper nos. 18 Ecce nobis aſcendentibus in terram, funiculum fili rubri hunc alligabis in feneſtra, per quam incatenâſti nos: & patrem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & omnem domum patris tui, congregabis ad te in domum. 19 Et erit omnis qui egredietur ultra portas domus tuæ foras, culpa necis ejus in caput ipſius; & nos immunes, & omnis qui erit tecum in domo, culpa necis ejus in caput noſtrum, ſi manus hominis fuerit in illum. 20 Et ſi prodideris dictum noſtrum hoc, & erimus immunes à juramento tuo quod firmâſti ſuper nos. 21 Et dixit: Sicut verbum veſtrum, ita ſit. Et dimiſit eos, & abierunt, & ligavit funiculum rubrum in feneſtra. 22 Et abierunt & aſcenderunt in montem, & ſederunt ibi tribus diebus, quoad redirent perſecutores: & inveſtigaverunt perſecutores per omnem viam, & non invenerunt.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

ܘܐܡܪܬ ܠܓܒܪܐ. ܝܕܥܬ ܕܐܫܠܡܗ ܠܟܘܢ ܡܪܝܐ ܠܐܪܥܐ. ܘܢܦܠܬ ܕܚܠܬܟܘܢ ܥܠܝܢ. * 9
ܐܦ ܕܙܥܘ ܟܠܗܘܢ ܥܡܘܪܝܗ̇ ܕܐܪܥܐ ܡܢ ܩܕܡܝܟܘܢ. * ܡܛܠ ܕܫܡܥܢ ܕܐܘܒܫ ܡܪܝܐ 10
ܡܝܐ ܕܝܡܐ ܕܣܘܦ ܡܢ ܩܕܡܝܟܘܢ. ܟܕ ܢܦܩܬܘܢ ܡܢ ܡܨܪܝܢ. ܘܡܕܡ ܕܥܒܕܬܘܢ ܠܬܪܝܢ
ܡܠܟܐ ܕܐܡܘܪܝܐ. ܠܣܝܚܘܢ ܘܠܥܘܓ ܕܚܪܡܬܘܢ ܐܢܘܢ. * ܘܟܕ ܫܡܥܢ. ܐܙܠ ܠܒܢ. ܘܠܐ 11
ܐܫܬܚܪܬ ܪܘܚܐ ܒܐܢܫ ܡܢܢ ܡܢ ܩܕܡܝܟܘܢ. ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܟܘܢ. ܗܘܝܘ ܐܠܗܐ
ܒܫܡܝܐ ܡܢ ܠܥܠ. ܘܒܐܪܥܐ ܡܢ ܠܬܚܬ. * ܘܗܫܐ ܐܝܡܘ ܠܝ ܒܡܪܝܐ. ܡܛܠ 12
ܕܥܒܕܬ ܥܡܟܘܢ ܛܝܒܘܬܐ. ܘܬܥܒܕܘܢ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܥܡܝ. ܘܥܡ ܒܝܬ ܐܒܝ. ܛܝܒܘܬܐ. ܘܬܬܠܘܢ ܠܝ
ܐܬܐ ܕܩܘܫܬܐ. * ܘܐܚܘ ܠܐܒܝ ܘܠܐܡܝ ܘܠܐܚܝ ܘܠܐܚܘܬܝ. ܘܟܠ ܕܐܝܬ ܠܢ. ܘܦܪܘܩܘ 13
ܢܦܫܢ ܡܢ ܡܘܬܐ. * ܘܐܡܪܘ ܠܗ̇ ܓܒܪܐ. ܢܦܫܢ ܕܝܠܢ ܢܗܘܝܢ ܚܠܦܝܟܘܢ 14
ܠܡܘܬܐ. ܐܢ ܠܐ ܬܒܕܩܘܢ ܨܒܘܬܢ ܗܕܐ. ܘܡܐ ܕܝܗܒ ܠܢ ܡܪܝܐ ܠܐܪܥܐ ܗܕܐ.
ܢܥܒܕ ܥܡܟܝ ܛܝܒܘܬܐ ܘܩܘܫܬܐ. * ܘܐܚܬܬ ܐܢܘܢ ܒܚܒܠܐ ܡܢ ܟܘܬܐ. ܡܛܠ 15
ܕܒܝܬܗ̇. ܒܫܘܪܐ ܗܘܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܥܠ ܫܘܪܐ ܝܬܒܐ ܗܘܬ. * ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ. ܒܛܘܪܐ 16
ܙܠܘ. ܕܠܡܐ ܢܦܓܥܘܢ ܒܟܘܢ ܗܢܘܢ ܕܢܦܩܘ ܒܬܪܟܘܢ. ܘܐܬܛܫܘ ܬܡܢ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ
ܥܕܡܐ ܕܢܗܦܟܘܢ. ܘܗܝܕܝܢ ܐܙܠܘ ܒܐܘܪܚܟܘܢ. * ܘܐܡܪܘ ܠܗ̇ ܓܒܪܐ. ܡܢܩܝܢ ܡܢ 17
ܡܘܡܬܐ ܗܕܐ ܕܐܘܡܝܬܝܢ. * ܗܐ ܚܢܢ ܥܐܠܝܢܢ ܠܐܪܥܐ. ܚܘܛܐ ܕܝܢ ܕܙܚܘܪܝܬܐ ܬܐܣܘܪܝܢ 18
ܒܟܘܬܐ ܕܐܚܬܬܝܢ ܡܢܗ̇. ܘܠܐܒܘܟܝ ܘܠܐܡܟܝ ܘܠܐܚܝܟܝ ܘܠܟܠܗ ܒܝܬ ܐܒܘܟܝ. ܬܟܢܫܝܢ
ܠܘܬܟܝ ܠܒܝܬܐ. * ܘܟܠ ܡܢ ܕܢܦܘܩ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܒܝܬܟܝ ܠܒܪ. ܕܡܗ ܒܪܝܫܗ. 19
ܘܚܢܢ ܡܢܩܝܢܢ ܡܢ ܕܡܗ. ܐܢ ܐܢܫ ܢܚܒܠܝܘܗܝ. * ܘܐܢ ܐܢܬܝ ܬܒܕܩܝܢ ܨܒܘܬܐ ܗܕܐ. ܢܗܘܐ 20
ܡܢܩܝܢ ܡܢ ܡܘܡܬܐ ܗܕܐ ܕܐܘܡܝܬܝܢ. * ܘܐܡܪܬ ܠܗܘܢ. ܐܝܟ ܡܠܬܟܘܢ. ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ. 21
ܘܫܕܪܬ ܐܢܘܢ ܘܐܙܠܘ. ܘܩܛܪܬ ܚܘܛܐ ܕܙܚܘܪܝܬܐ ܒܟܘܬܐ. * ܘܐܙܠܘ ܠܛܘܪܐ. ܘܝܬܒܘ ܬܡܢ 22
ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. ܥܕܡܐ ܕܗܦܟܘ ܗܢܘܢ ܕܪܕܦܘ ܒܬܪܗܘܢ. ܒܥܓܠܐ. ܘܒܥܘ ܐܢܘܢ ܗܢܘܢ
ܕܢܦܩܘ ܒܬܪܗܘܢ. ܒܟܠܗ̇ ܐܘܪܚܐ. ܘܟܕ ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܐܢܘܢ. ܘܗܦܟܘ ܠܗܘܢ.

Dixitque viris, Novi quòd tradiderit vobis 9
Dominus terram *iſtam*, & irruerit terror
veſter in nos; imò extimuerint incolæ terræ *hujus* cauſâ veſtri. Siquidem audivimus 10
quòd exſiccârit Dominus aquas maris Suph
ante vos cùm exîſſetis ex Ægypto, & quæ
feceritis duobus regibus Amorrhæorum,
nempe Sihon & Og, quos peremiſtis. Cúmq; 11
audîſſemus, commotū eſt cor noſtrū, et non
remanſit ſpiritus in quoquā noſtrûm cauſâ veſtrî: quoniā Dñs Deus veſter, ipſe eſt Deus in
cœlo supernè, & in terra infernè. Itaque ju- 12
rate mihi per Dñm, quandoquidem contuli in
vos beneficium, collaturos etiam vos in me
& domum patris mei beneficium: & *hujus*
rei date mihi ſignum verum, Meque, pa- 13
tremque meum, fratres meos, ac ſorores
meas, & quicquid ad nos pertinet, ſervate,
animaſque noſtras à morte liberate. Dixe- 14
runt ad eam viri illi, Animas noſtras morti
exponemus pro vobis, modò tamen vos non
evulgetis negotium iſtud: cúmque dederit
nobis Dominus terram hanc, exercebimus
in te beneficium & veritatem. Demiſit igi- 15
tur eos fune per feneſtram (domus enim ejus
in pariete mœnium erat, & ſuper mœnia habitabat) Dixitque eis, Secus montem
abite, ne fortè occurrant vobis hi qui 16
poſt vos egreſſi ſunt: ibique deliteſcite
tres dies, donec revertantur, ac tunc perſequemini iter veſtrum. Dixerunt autem ei 17
viri *illi*, Inſontes ſumus ab hac adjuratione
quâ nos adjurâſti. Ecce nos ingreſſuri ſu- 18
mus in terram iſtam; vittam verò coccineam ligato in feneſtra per quam nos demiſiſti,
& patrem tuū, matremq; tuam, & fratres tuos
totamq; familiam patris tui induc ad te intra
domum. Et quicunque ex oſtio domûs 19
tuæ foràs exierit, hujus ſanguis ſit in caput
ejus, & nos immunes erimus ab ultione *ſanguinis* ejus ſi quis ei nocuerit. Item, ſi rem 20
hanc evulges, inſontes erimus ab adjuratione
iſta quâ nos adjurâſti. Ait illis, Juxta ſer- 21
monem veſtrum, ſic eſto: & dimiſit eos, abieruntque; *ipſa* verò ligavit vittam coccineam in feneſtra. Abeuntes autem ad mon- 22
tem, manſerunt ibi tres dies, donec redeuntes qui perſequuti fuerant eos, adveniſſent:
quæſierant enim illos hi qui egreſſi fuerant
poſt ipſos, per totam viam; & quum non
inveniſſent eos, redierunt.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* وقالت لهما * قد علمت ان الله الهكم اعطاكم الارض * وقد وقعت هيبتكم علينا * 9
وماج كل سكان الارض منكم * لانا قد سمعنا ان الله جفف مياه بحر القلزم قدامكم 10
عند خروجكم من مصر * والذي صنع بملكي الاموراييين الذين كانوا بعبرة الاردن *
سحون وعوج اللذان قتلتموهما * ولما سمعنا ذابت قلوبنا ولم يبق في احد روح من جهتكم * 11
لان الله الهكم هو اله السماء من العلو * وفي الارض * وتحت * والان احلفا لي بالله * لاني قد 12
فعلت معكما الاحسان * ان تفعلا انتما ايضا مع بيت ابي فضلا وتعطياني علامة حق * وتستبقيان 13
ابي وامي واخوتي وساير مالهم * وتخلص انفسنا من القتل * فقالا لها انفسنا بدلكم للموت * 14
اذ لم تخبروا بخبرنا هذا * فاذا اعطانا الله تعالى الارض فعلنا معكم فضلا وحقا * فاحدرتهما 15
بالحبل من داخل الطاق * لان بيتها في حايط السور * وفي الحصن هي ساكنة * وقالت لهما 16
امضيا طريق الجبل * ليلا تلقاكما السرية * واختبيا هناك ثلثة ايام * الى حين عودة السرية *
وتمضيان في طريقكما * فقالا لها الرجلان نحن بريان من يمينك * هذه التي استحلفتينا بها * ها 17 18
نحن داخلان في الارض * فاعقدي هذا مسالك الغزل القرمزي في الطاق التي انزلتينا منها * وضمي
اباك وامك واخوتك واهلك جميعا عندك في بيتك * ويكون كل من يخرج من باب بيتك دمه 19
في راسه * ونحن بريان من دمه * وكل من كان معك في البيت دمه في اعناقنا ان اذاه احد * وان 20
انت اظهرت هذا الكلام * فنحن بريان من يمينك التي استحلفتينا بها * فقالت المراة * كما قلتما * 21
وتركاها وسارا * وعقدت المراة مسالك القرمزي في الطاق * وسارا وجاءا الى الجبل * واقاما هناك 22
ثلثة ايام * الى ان عادت السرية * فطلبتهما في ساير الطرق * وما وجدتهما *

Et ait illis, Jam novi Deum, Deum veſtrum dediſſe vobis terram, & jam irruit 9
timor veſter in nos, & fluctuaverunt omnes habitatores terræ propter vos: Quo- 10
niam audivimus Deum areſeciſſe aquas
maris rubri coram vobis cùm exiretis ex
Ægypto: & quæ patravit in duas reges
Amorrhæorum, qui erant trans Jordanē,
Sihon & Og, quos occidiſtis. Quæ cùm 11
audiviſſemus; liquata ſunt corda noſtra,
& non remanſit in ullo ſpiritus, cauſâ
veſtri: quia Deus, Deus veſter, Deus cœli
eſt ab excelſo, & in terra, atque deorſum.
Nunc igitur jurate mihi per Deum, quòd 12
quum fecerim erga vos beneficium, faci-
atis vos etiam erga domum patris mei
gratiam, detiſque mihi ſignum certum:
Et ſervetis patrem meū, & matrem meā, 13
ac fratres meos cum omnibus quæ poſſi-
dent, & liberentur animæ noſtræ de nece.
Dixerunt ei, Animæ noſtræ vice veſtri 14
ſunt in mortē, dummodo non patefaciatis
famam noſtram hanc: quumque tradide-
rit nobis Deus excelſus terram, exercebi-
mus in vos gratiam & jus. Demiſit ergò 15
utrumq; per funem de feneſtra: nam domus
ejus erat in pariete mœnium; et in arce ipſa
degebat: Et ait illis, Carpite viā montis, 16
ne fortè offendat vos cohors; & latitate
ibi tribus dieb⁹ quoad revertatur cohors,
ac tum pergetis iter veſtrum. Dixerunt 17
ei duo viri illi, Innoxii ſumus à juramen-
to iſto quo nos conteſtata es. Ecce nos 18
ingreſſuri ſumus terram hanc: itaque liga
hunc funiculum filati coccinei ad fene-
ſtram per quam demiſiſti nos, & collige
patrem tuum & matrem tuam, ac fratres
tuos, cognatóſque tuos omnes apud te in
domum tuam. Fiet autem ut quiſquis 19
exierit ab oſtio domûs tuæ, ſanguis ejus
recidat in caput ſuum, & nos maneamus
innocentes ab ejus ſanguine: quicunque
verò tecum fuerit in domo, ſanguis ejus
erit in cervicibus noſtris, ſi quis eum læ-
ſerit. Quòd ſi tu patefacias ſermonem 20
iſtum, nos erim⁹ liberi à jurejurando quo
nos adjurâſti. Ait mulier, Sicuti dixi- 21
ſtis. Et dimiſerunt eam, atque abierunt:
ligavitque mulier funiculum coccineum
ad feneſtram. Et abeuntes devenerunt ad 22
montem, manſeruntque illic tres dies,
quouſque rediiſſet cohors: nam quæſiverat
illos in cunctis itineribus, nec invenerat
eos:

ספר יהושע : ג

veneruntq; tranſierūt &,monte de deſcēderūt & ,viri ambo ſunt reverſi Et
23 וַיָּשֻׁבוּ שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים וַיֵּרְדוּ מֵהָהָר וַיַּעַבְרוּ וַיָּבֹאוּ
.*eos invenientia* omnia ei narraverunt & : Nun filiū Jehoſuah ad
אֶל־יְהוֹשֻׁעַ בִּן־נוּן וַיְסַפְּרוּ־לוֹ אֵת כָּל־הַמֹּצְאוֹת אוֹתָם׃
omnem noſtris manibus in Dominus *dedit Quia* : Jehoſuah ad dixerunt Et
24 וַיֹּאמְרוּ אֶל־יְהוֹשֻׁעַ כִּי־נָתַן יְהוָה בְּיָדֵנוּ אֶת־כָּל־
.*noſtris aſpectibus ab* terræ habitatores omnes ſunt diſſoluti etiam & :terram
הָאָרֶץ וְגַם־נָמֹגוּ כָּל־יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ מִפָּנֵינוּ׃

CAP. III. ג

venerunt & ,Sittim è ſunt profecti & ,manè *in* Jehoſuah *manicavit* Et
1 וַיַּשְׁכֵּם יְהוֹשֻׁעַ בַּבֹּקֶר וַיִּסְעוּ מֵהַשִּׁטִּים וַיָּבֹאוּ
,ibi pernoctaverunt & : Iſrael filii omnes & ,ipſe ,Jarden ad uſq;
עַד־הַיַּרְדֵּן הוּא וְכָל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וַיָּלִנוּ שָׁם
tranſierunt & ,dierum trium *fine à* ,fuit Et .tranſirent antequam
2 טֶרֶם יַעֲבֹרוּ׃ וַיְהִי מִקְצֵה שְׁלֹשֶׁת יָמִים וַיַּעַבְרוּ
: dicendo ,populo præceperunt Et .*caſtrametationis intimo in* præfecti
3 הַשֹּׁטְרִים בְּקֶרֶב הַמַּחֲנֶה׃ וַיְצַוּוּ אֶת־הָעָם לֵאמֹר
ſacerdotes & ,veſtri Dei Domini fœderis arcam *vos videre Circa*
כִּרְאֹתְכֶם אֵת אֲרוֹן בְּרִית־יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְהַכֹּהֲנִים
ibitis & ,veſtro loco de proficiſcemini vos & : eam portantes Levitas
הַלְוִיִּם נֹשְׂאִים אֹתוֹ וְאַתֶּם תִּסְעוּ מִמְּקוֹמְכֶם וַהֲלַכְתֶּם
milliū duū ferè eam inter & vos inter erit *longinquū* Veruntamē .illam poſt
4 אַחֲרָיו׃ אַךְ רָחוֹק יִהְיֶה בֵּינֵיכֶם וּבֵינָו כְּאַלְפַּיִם
cognoſcatis *quo* ut ,eam ad appropinquetis Ne .menſura in *cubiti*
אַמָּה בַּמִּדָּה אַל־תִּקְרְבוּ אֵלָיו לְמַעַן אֲשֶׁר־תֵּדְעוּ
via in tranſiſtis non quoniam *: ea in ambuletis qua* viam
אֶת־הַדֶּרֶךְ אֲשֶׁר תֵּלְכוּ־בָהּ כִּי לֹא עֲבַרְתֶּם בַּדֶּרֶךְ
;vos Sanctificate :populum ad Jehoſuah dixit Et .nudiuſtertius heri ab
5 מִתְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם׃ וַיֹּאמֶר יְהוֹשֻׁעַ אֶל־הָעָם הִתְקַדָּשׁוּ
Dixitque .mirabilia veſtri medio in Dominus faciet cras quia
6 כִּי מָחָר יַעֲשֶׂה יְהוָה בְּקִרְבְּכֶם נִפְלָאוֹת׃ וַיֹּאמֶר
,fœderis arcam Tollite : dicendo ,ſacerdotes ad Jehoſuah
יְהוֹשֻׁעַ אֶל־הַכֹּהֲנִים לֵאמֹר שְׂאוּ אֶת־אֲרוֹן הַבְּרִית
ambulaverūt & ,fœderis arcam tulerunt & *: populi facies ad* tranſite &
וְעִבְרוּ לִפְנֵי הָעָם וַיִּשְׂאוּ אֶת־אֲרוֹן הַבְּרִית וַיֵּלְכוּ
hac Die : Jehoſuah ad Dominus dixit Et .*populi facies ad*
7 לִפְנֵי הָעָם׃ וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־יְהוֹשֻׁעַ הַיּוֹם הַזֶּה
quia ,ſciant *quò* ,Iſrael omnis oculis in te magnificare incipiam
אָחֵל גַּדֶּלְךָ בְּעֵינֵי כָּל־יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר יֵדְעוּן כִּי
tu Et .tecum ero ,Moſeh cum fui quemadmodum
8 כַּאֲשֶׁר הָיִיתִי עִם־מֹשֶׁה אֶהְיֶה עִמָּךְ׃ וְאַתָּה
: dicendo ,fœderis arcam portantibus ſacerdotibus præcipies
תְּצַוֶּה אֶת־הַכֹּהֲנִים נֹשְׂאֵי אֲרוֹן־הַבְּרִית לֵאמֹר
.ſtabitis Jarden in ,Jarden *aquarum* finem ad uſque *vos ingredi Circa*
כְּבֹאֲכֶם עַד־קְצֵה מֵי הַיַּרְדֵּן בַּיַּרְדֵּן תַּעֲמֹדוּ׃
audite & ,huc Accedite : Iſrael filios ad Jehoſuah dixit Et
9 וַיֹּאמֶר יְהוֹשֻׁעַ אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל גֹּשׁוּ הֵנָּה וְשִׁמְעוּ
,cognoſcetis hoc In : Jehoſuah ait Et .veſtri Dei Domini verba
10 אֶת־דִּבְרֵי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם׃ וַיֹּאמֶר יְהוֹשֻׁעַ בְּזֹאת תֵּדְעוּן
veſtris faciebus à expellet expellendo & ,*veſtro interiore* in vivens Deus quòd
כִּי אֵל חַי בְּקִרְבְּכֶם וְהוֹרֵשׁ יוֹרִישׁ מִפְּנֵיכֶם
& ,Perizæum & ,Chivvæum & ,Chittæum & ,Chenahanæum
אֶת־הַכְּנַעֲנִי וְאֶת־הַחִתִּי וְאֶת־הַחִוִּי וְאֶת־הַפְּרִזִּי וְאֶת־
dominatoris fœderis arca Ecce .Jebuſæum & ,Emoræum & ,Ghirgaſæum
11 הַגִּרְגָּשִׁי וְהָאֱמֹרִי וְהַיְבוּסִי׃ הִנֵּה אֲרוֹן הַבְּרִית אֲדוֹן
vobis *capite* nunc Et .Jarden *in veſtras facies ad tranſiens* ,terræ univerſæ
12 כָּל־הָאָרֶץ עֹבֵר לִפְנֵיכֶם בַּיַּרְדֵּן׃ וְעַתָּה קְחוּ לָכֶם
virum unum virum ,Iſrael tribubus de viros duodecim
שְׁנֵי עָשָׂר אִישׁ מִשִּׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל אִישׁ־אֶחָד אִישׁ־
.*tribui unum*
אֶחָד לַשָּׁבֶט׃

Verſio VULG. LAT.

23 Quibus urbem ingreſſis, reverſi ſunt, & deſcenderunt exploratores de monte: &, tranſmiſſo Jordane, venerunt ad Joſue filium Nun, narravéruntque ei omnia quæ acciderant ſibi, 24 Atque dixerunt; Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus noſtras, & timore proſtrati ſunt cuncti habitatores ejus.

CAP. III.

1 Igitur Joſue de nocte conſurgens movit caſtra: egredientéſque de Setim, venerunt ad Jordanem ipſe & omnes filii Iſrael, & morati ſunt ibi 2 tres dies. Quibus evolutis, tranſierunt præcones per ca-3 ſtrorum medium, Et clamare cœperunt; Quando videritis arcam fœderis Domini Dei veſtri, & ſacerdotes ſtirpis Leviticæ portantes eam, vos quoque conſurgite, & ſequimini 4 præcedentes. Sítque inter vos & arcam ſpatium cubitorum duûm milliū: ut procul videre poſſitis, & nôſſe per quā viam ingrediamini: quia priùs non ambulâſtis per eam: & cavete ne appropinquetis ad arcam. 5 Dixítque Joſue ad populum, Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mira-6 bilia. Et ait ad ſacerdotes, Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui juſſa complentes, tulerunt, & ambulave-7 runt ante eos. Dixítque Dñs ad Joſue, Hodiè incipiam exaltare te coram omni Iſrael: ut ſciant quòd ſicut cum Moyſe fui, ita & tecum ſim. 8 Tu autem præcipe ſacerdotibus, qui portant arcam fœderis, & dic eis, Cùm ingreſſi fueritis partem aquæ Jordanis, ſtate in ea. 9 Dixítque Joſue ad filios Iſrael; Accedite huc, & audite verbū Domini Dei veſtri. 10 Et rurſum, In hoc, inquit, ſcietis quòd Dominus Deus vivens in medio veſtri eſt, & diſperdet in conſpectu veſtro Chananæum & Hethæum, Heuæum & Pherezæum, Gergeſæum quoque & Jebuſæum, & Amorrhæum. 11 Ecce, arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per 12 Jordanem. Parate duodecim viros de tribubus Iſrael, ſingulos per ſingulas tribus.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Tranſlatione LATINA.

23 Καὶ ὑπέστρεψαν οἱ δύο νεανίσκοι, καὶ κατέβησαν ἐκ τοῦ ὄρους· καὶ διέβησαν πρὸς Ἰησοῦν υἱὸν Ναυῆ, καὶ διηγήσαντο αὐτῷ πάντα τὰ συμβεβηκότα αὐτοῖς. 24 Καὶ εἶπαν πρὸς Ἰησοῦν, (β) Ὅτι παραδέδωκε κύριος πᾶσαν τὴν γῆν ἐν χειρὶ ἡμῶν, καὶ κατέπτηχε πᾶς ὁ κατοικῶν τὴν γῆν ἐκείνην ἀφ' ἡμῶν.

23 Et reverterunt ambo juvenes; & deſcenderunt de monte: & tranſierunt ad Ieſum filium Naue: & narraverunt ei omnia, quæ ſibi acciderant. 24 Et dixerunt ad Ieſum, Quia tradidit Dominus omnem terram in manu noſtra; & conſternatus eſt omnis habitans terram illam à nobis.

MS.A. (β) Ὅτι παρέδωκεν κύριος ἐν χειρὶ ἡμῶν πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατέπτηκεν

ΚΕΦ. γ'.

1 Καὶ ὤρθρισεν Ἰησοῦς τοπρωΐ, καὶ (α) ἀπῆρεν ἐκ Σαττίν, καὶ ἤλθοσαν ἕως τοῦ Ἰορδάνου, καὶ κατέλυσαν ἐκεῖ πρὸ τοῦ διαβῆναι. 2 (β) Καὶ ἐγένετο μετὰ τρεῖς ἡμέρας διῆλθον οἱ γραμματεῖς διὰ τῆς παρεμβολῆς, 3 Καὶ ἐνετείλαντο τῷ λαῷ, λέγοντες, Ὅταν ἴδητε τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ τοὺς ἱερεῖς ἡμῶν καὶ τοὺς Λευίτας αἴροντας αὐτήν, ἀπαρεῖτε ἀπὸ τῶν τόπων ὑμῶν, καὶ (γ) πορεύσεσθε ὀπίσω αὐτῆς. 4 Ἀλλὰ μακρὰν ἔστω ἀναμέσον ὑμῶν καὶ ἐκείνης, ὅσον δισχιλίους πήχεις στήσεσθε· μὴ προσεγγίσητε αὐτῇ, ἵνα ἐπίστησθε τὴν ὁδόν, ἣν (δ) πορεύεσθε αὐτήν· οὐ γὰρ πεπόρευσθε τὴν ὁδὸν ἀπ' ἐχθὲς καὶ τρίτης ἡμέρας. 5 Καὶ εἶπεν Ἰησοῦς τῷ λαῷ, Ἁγνίσασθε (ε) εἰς αὔριον, ὅτι αὔριον ποιήσει κύριος ἐν ὑμῖν θαυμαστά. 6 Καὶ εἶπεν Ἰησοῦς τοῖς ἱερεῦσιν, Ἄρατε τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου, καὶ προπορεύεσθε τοῦ λαοῦ. καὶ ἦραν οἱ ἱερεῖς τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου, καὶ ἐπορεύοντο ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ. 7 Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Ἰησοῦν, Ἐν τῇ ἡμέρᾳ (ζ) ταύτῃ ἄρχομαι ὑψῶσαί σε κατενώπιον πάντων (η) υἱῶν Ἰσραήλ, ἵνα (θ) γνῶσιν ὅτι καθότι ἤμην μετὰ Μωυσῆ, οὕτως ἔσομαι καὶ μετὰ σοῦ. 8 Καὶ νῦν ἔντειλαι τοῖς ἱερεῦσι τοῖς αἴρουσι τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, λέγων, Ὡς ἂν εἰσέλθητε ἐπὶ μέρους τοῦ ὕδατος τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ στήσεσθε. 9 Καὶ εἶπεν Ἰησοῦς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, Προσαγάγετε ὧδε, καὶ ἀκούσατε τὸ ῥῆμα κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν. 10 Ἐν τούτῳ γνώσεσθε, (ι) ὅτι θεὸς ζῶν ἐν ὑμῖν, καὶ (κ) ὀλοθρεύων ὀλοθρεύσει ἀπὸ προσώπου ἡμῶν τὸν Χαναναῖον, καὶ τὸν Χετταῖον, (λ) καὶ τὸν Φερεζαῖον, καὶ τὸν Εὐαῖον, καὶ τὸν Ἀμορραῖον, καὶ τὸν Γεργεσαῖον, 11 καὶ τὸν Ἰεβουσαῖον. Ἰδοὺ ἡ κιβωτὸς (μ) διαθήκης κυρίου πάσης τῆς γῆς διαβαίνει τὸν 12 Ἰορδάνην. Προχειρίσασθε ὑμῖν δώδεκα ἄνδρας ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, ἕνα (ν) ἀφ' ἑκάστης φυλῆς.

CAP. III.

1 Et diluculò ſurrexit Ieſus manè, & promovit de Sattin: et venerunt uſque ad Iordanem, & diverterunt ibi, priuſquàm tranſirent. 2 Et factum eſt, poſt tres dies tranſierunt ſcribæ per caſtra, 3 Et mandaverunt populo dicentes; Cùm videritis arcam teſtamenti Domini Dei (a) noſtri, & ſacerdotes noſtros, & Levitas tollentes eam; proficiſcemini de locis veſtris, & ibitis poſt eam. 4 Sed longum intervallum ſit inter vos, et illam; quantum duo millia cubitorum, ſtabitis: ne propinquetis ei, ut ſciatis viam, quam (b) ibitis eam: Non enim iviſtis viam ab heſterna & nudiuſtertiana die. 5 Et dixit Ieſus populo, Purificamini in craſtinum: quoniam cras faciet Dominus in vobis mirabilia. 6 Et dixit Ieſus ſacerdotibus, Tollite arcam teſtamenti Domini: & præcedite populum. Et levaverunt ſacerdotes arcam teſtamenti Domini, & ibant ante populum. 7 Et dixit Dominus ad Ieſum, In die hac incipio exaltare te in conſpectu omnium filiorum Iſrael, ut cognoſcant, quia ſicut eram cum Moyſe, ita ero & tecum. 8 Et nunc manda ſacerdotibus, qui levant arcam teſtamenti, dicens; Cùm intraveritis ſuper partē aquæ Iordanis; & in Iordane ſtabitis. 9 Et dixit Ieſus filiis Iſrael, Accedite huc, & audite verbum Domini Dei noſtri. 10 In hoc cognoſcetis, quia Deus vivens in vobis: & exterminans exterminabit à facie noſtra Chananæum, & Chettæum, & Pherezæum, & Euæum, & Amorrhæum, & Gergeſæum, & Iebuſæum. 11 Ecce arca teſtamenti Domini univerſæ terræ tranſit Iordanem. 12 Aſſumite vobis duodecim viros ex filiis Iſrael, unum ex unaquaque tribu.

MS.A. (α) ἀπῆρον ἐκ Σαττείν, καὶ ἦλθον ἕως (β) Καὶ ἐγενήθη (γ) πορεύεσθαι (δ) πορεύεσθαι (ε) εἰς τὴν αὔριον, (ζ) αὐτῇ (η) τῶν υἱῶν (θ) γνῶσιν καθότι (ι) ὅτι ἐγὼ κύριος ζῶν (κ) ὀλεθρεύων ὀλεθρεύσει (λ) καὶ τὸν Εὐαῖον, καὶ τὸν Φερεζαῖον, καὶ τὸν Γεργεσαῖον, καὶ τὸν Ἀμορραῖον, καὶ τὸν Ἰεβουσαῖον. (μ) τῆς διαθήκης (ν) ἐφ' ἑκάστης

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

23 וְתָבוּ תְּרֵין גֻּבְרִין וּנְחִיתוּ מִן טוּרָא וַעֲבַרוּ וַאֲתוֹ לְוָת יְהוֹשֻׁעַ בַּר נוּן וְאִשְׁתְּעִיאוּ לֵיהּ יַת כָּל
24 דַּעֲרָעָא יַתְהוֹן׃ וַאֲמַרוּ לִיהוֹשֻׁעַ אֲרֵי מְסַר יְיָ בִּידָנָא יַת כָּל אַרְעָא וְאַף אִתְּבַרוּ כָּל יָתְבֵי
אַרְעָא מִן קֳדָמָנָא׃
ג
1 וְאַקְדֵּים יְהוֹשֻׁעַ בְּצַפְרָא וּנְטַלוּ מִשִּׁטִּין וַאֲתוֹ עַד יַרְדְּנָא הוּא וְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וּבָתוּ תַמָּן
2 קֳדָם דִּי יַעְבְּרוּן׃ וַהֲוָה מִסּוֹף תְּלָתָא יוֹמִין וַעֲבַרוּ סָרְכַיָּא בְּגוֹ מַשְׁרִיתָא׃ וּפַקִּידוּ יַת עַמָּא
3 לְמֵימַר כְּמֶחְזֵיכוֹן יַת אֲרוֹן קְיָמָא דַּייָ אֱלָהֲכוֹן וְכָהֲנַיָּא וְלֵוָאֵי נָטְלִין יָתֵיהּ וְאַתּוּן תִּטְּלוּן
4 מֵאַתְרֵיכוֹן וּתְהָכוּן בַּתְרוֹהִי׃ בְּרַם רַחִיק יְהֵי בֵּינֵיכוֹן וּבֵינוֹהִי כִּתְרֵין אַלְפִין אַמִּין בִּמְשֻׁחְתָּא
לָא תִקְרְבוּן לְוָתֵהּ בְּדִיל דְּתִידְעוּן יַת אָרְחָא דִּי תְהָכוּן בַּהּ אֲרֵי לָא עֲבַרְתּוּן בְּאָרְחָא
5 מֵאִתְמָלֵי וּמִדְּקַמּוֹהִי׃ וַאֲמַר יְהוֹשֻׁעַ לְעַמָּא אִזְדַּמַּנוּ אֲרֵי מְחַר יַעְבֵּיד יְיָ בֵּינֵיכוֹן פְּרִישָׁן׃
6 וַאֲמַר יְהוֹשֻׁעַ לְכָהֲנַיָּא לְמֵימַר טוּלוּ יַת אֲרוֹן קְיָמָא וַעֲבַרוּ קֳדָם עַמָּא וּנְטַלוּ יַת אֲרוֹנָא
7 דִּקְיָמָא וַאֲזַלוּ קֳדָם עַמָּא׃ וַאֲמַר יְיָ לִיהוֹשֻׁעַ יוֹמָא הָדֵין אֲשָׁרֵי לְרַבָּיוּתָךְ בְּעֵינֵי כָּל יִשְׂרָאֵל
8 דְּיֵידְעוּן אֲרֵי כְּמָא דַּהֲוָה מֵימְרִי בְּסַעֲדֵיהּ דְּמֹשֶׁה כֵּן יְהֵי מֵימְרִי בְּסַעְדָּךְ׃ וְאַתְּ תְּפַקֵּיד יַת
9 כָּהֲנַיָּא נָטְלֵי אֲרוֹנָא דִּקְיָמָא לְמֵימַר כְּמִמְטֵיכוֹן עַד קְצַת מֵי יַרְדְּנָא בְּיַרְדְּנָא תְּקוּמוּן׃ וַאֲמַר
10 יְהוֹשֻׁעַ לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל אִתְקְרִיבוּ הַלְכָא וּשְׁמַעוּ יַת פִּתְגָמַיָּא דַּייָ אֱלָהֲכוֹן׃ וַאֲמַר יְהוֹשֻׁעַ בְּדָא
תִּדְּעוּן אֲרֵי אֱלָהּ קַיָּם אִתְרְעֵי לְאַשְׁרָאָה שְׁכִנְתֵּיהּ בֵּינֵיכוֹן וְתָרָכָא יְתָרֵךְ מִן קֳדָמֵיכוֹן יַת
11 כְּנַעֲנָאֵי וְיַת חִתָּאֵי וְיַת חִוָּאֵי וְיַת פְּרִיזָאֵי וְיַת גִּרְגְּשָׁאֵי וֶאֱמוֹרָאֵי וִיבוּסָאֵי׃ הָא אֲרוֹן קְיָמָא
12 דְּרִבּוֹן כָּל אַרְעָא עָבַר קֳדָמֵיכוֹן בְּיַרְדְּנָא׃ וּכְעַן דַּבַּרוּ לְכוֹן תְּרֵי עֲסַר גֻּבְרִין מִשִּׁבְטַיָּא
דְּיִשְׂרָאֵל גַּבְרָא חַד גַּבְרָא חַד לְשֵׁבֶט׃

PARAPH. CHALD, Verſio Latina.

23 Et reverſi ſunt duo viri, et deſcenderunt de monte, & tranſierunt, veneruntque ad Joſue filium Nun; & narraverunt ei omne quod evenit illis. 24 Et dixerunt Joſue: Namque tradidit Dominus in manu noſtrâ omnem terram: & etiam fracti ſunt omnes habitatores terræ à facie noſtrâ.

CAP. III.

1 Et anticipavit Joſue in aurorâ, & ſolverunt ex Sitin, & venerunt uſq; ad Jordanem ipſe & omnes filii Iſrael: quieveruntq; ibi antequam tranſirent. 2 Et fuit à fine trium dierum, & tranſierunt caduceatores per medium caſtrorū. 3 Et præceperunt populo, dicendo: Cum videritis vos arcam fœderis Domini Dei veſtri, & ſacerdotes & Levitas tollentes eam; & vos tollemini de locis veſtris, & ibitis poſt eam. 4 Veruntamen ſpatium erit inter vos & inter eam, quaſi duûm millium cubitorum in menſura: non appropinquabitis ei, ut cognoſcatis viam per quam ibitis; etenim non tranſîſtis per viam ab heſterno, & ab ante illum. 5 Dixitque Joſue ad populum: Præparamini; cras enim faciet Dominus in medio veſtri ſeparationes. 6 Et ait Joſue ſacerdotibus, dicendo: Tollite arcam fœderis, & tranſite ante populū: & tulerunt arcam fœderis, & ambulaverunt coram populo. 7 Et dixit Dominus ad Joſue: Hodie incipiam magnificare te in oculis univerſi Iſraelis; ut cognoſcant, quòd ſicut fuit verbum meum in adjutorium Moſis, ſic erit verbum meum in adjutorium tuum. 8 Et tu præcipies ſacerdotibus portantibus arcam fœderis, dicendo: Cum perveneritis uſque ad extremitatem aquarum Jordanis, in Jordane conſiſtite. 9 Et dixit Joſue filiis Iſrael: Appropinquate huc, & audite verba Domini Dei veſtri. 10 Et dixit Joſue: In hoc cognoſcetis, quod Deus conſtans vult ponere majeſtatem ſuam inter vos; & expellendo expellet à facie veſtrâ Chananæum, Hethæum, Hevæum, et Pherezæum, et Girgaſæum, et Emorrhæum, et Jebuſæum. 11 Ecce arca fœderis Domini totius *terræ* tranſit coram vobis per Jordanem. 12 Et nunc accipite vobis duodecim viros de tribubus Iſrael; virum unum, virum unum ad tribum.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܘܗܢܘܢ ܬܪܝܢ ܡܐܠܠܢ̈ܐ ܢܚܬܘ ܡܢ ܛܘܪܐ . ܘܥܒܪܘ ܘܐܬܘ ܠܘܬ ܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ . 23
ܘܐܫܬܥܝܘ ܠܗ ܟܠ ܡܕܡ ܕܓܕܫ ܠܗܘܢ . * ܘܐܡܪܘ ܠܗ ܠܝܫܘܥ . ܕܐܫܠܡ ܡܪܝܐ ܒܐܝܕܝܢ . 24
ܠܟܠܗ ܐܪܥܐ . ܐܦ ܕܙܥܘ . ܟܠܗܘܢ ܥܡܘܪ̈ܝܗ ܕܐܪܥܐ ܡܢ ܩܕܡܝܢ .

* ܩܦܠܐܘܢ * ܓ *

* ܘܩܕܡ ܝܫܘܥ ܒܨܦܪܐ . ܘܫܩܠܘ ܡܢ ܫܛܝܡ . ܘܐܬܘ ܥܕܡܐ ܠܝܘܪܕܢܢ . ܘܟܠܗܘܢ 1
ܕܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ . ܘܒܬܘ ܬܡܢ . ܘܠܐ ܥܒܪܘ . * ܘܡܢ ܒܬܪ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝ̈ܢ . ܥܒܪܘ 2
ܗܓܡܢ̈ܐ ܒܓܘ ܡܫܪܝܬܐ . * ܘܦܩܕܘ ܠܥܡܐ ܘܐܡܪܘ ܠܗܘܢ . ܡܐ ܕܚܙܝܬܘܢ ܠܩܒܘܬܐ 3
ܕܕܝܬܝܩܝ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܟܘܢ . ܘܟܗܢ̈ܐ ܘܠܘܝ̈ܐ ܕܫܩܝܠܝܢ ܠܗ . ܗܝܕܝܢ ܫܩܘܠܘ
ܡܢ ܐܬܪܟܘܢ ܘܙܠܘ ܒܬܪܗ . * ܘܢܗܘܐ ܪܘܚܩܐ ܒܝܢܬܟܘܢ ܘܒܝܢܬܗ . ܐܝܟ ܬܪܝܢ ܐܠܦܝ̈ܢ 4
ܐܡܝ̈ܢ ܒܡܫܘܚܬܐ . ܠܐ ܬܬܩܪܒܘܢ ܠܘܬܗ . ܡܛܠ ܕܬܕܥܘܢ ܐܘܪܚܐ ܕܬܐܙܠܘܢ ܒܗ .
ܡܛܠ ܕܠܐ ܥܒܪܬܘܢ ܒܐܘܪܚܐ . ܡܢ ܐܬܡܠܝ . ܘܡܢ ܩܕܡ ܐܬܡܠܝ . * ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܥܡܐ . 5
ܐܬܩܕܫܘ . ܡܛܠ ܕܡܚܪ ܥܒܕ ܡܪܝܐ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܒܝܢܬܟܘܢ . * ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܟܗܢ̈ܐ . 6
ܫܩܘܠܘ ܠܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܝܩܝ ܕܡܪܝܐ . ܘܥܒܪܘ ܩܕܡ ܥܡܐ . * ܘܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܝܫܘܥ . ܡܢ 7
ܝܘܡܢܐ ܫܪܝܐ ܐܢܐ ܠܡܪܘܪܒܘܬܟ . ܩܕܡ ܥܝܢ̈ܝ ܟܠܗ ܐܝܣܪܝܠ . ܕܢܕܥܘܢ ܕܐܝܟ ܕܗܘܝܬ ܥܡ
ܡܘܫܐ . ܐܗܘܐ ܐܦ ܥܡܟ . * ܘܐܢܬ ܦܩܘܕ ܠܟܗܢ̈ܐ ܕܫܩܝܠܝܢ ܠܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܝܩܝ ܕܡܪܝܐ . 8
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܡܐ ܕܡܛܝܬܘܢ ܠܪܝܫ ܡܝ̈ܐ ܕܝܘܪܕܢܢ . ܒܗ ܒܝܘܪܕܢܢ ܩܘܡܘ . * ܘܐܡܪ 9
ܝܫܘܥ ܠܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ . ܩܪܘܒܘ ܠܗܪܟܐ . ܘܫܡܥܘ ܦܬܓܡܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܟܘܢ .
* ܘܐܡܪ ܝܫܘܥ . ܒܗܕܐ ܬܕܥܘܢ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܒܟܘܢ . ܘܢܚܪܘܒ ܡܢ ܩܕܡܝܟܘܢ . 10
ܚܬܝ̈ܐ . ܘܟܢܥܢܝ̈ܐ . ܘܚܘܝ̈ܐ . ܘܦܪܙܝ̈ܐ . ܘܓܪܓܫܝ̈ܐ . ܘܐܡܘܪܝ̈ܐ . ܘܝܒܘܣܝ̈ܐ .
* ܗܐ ܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܝܩܝ ܕܡܪܝܐ ܡܪܗ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ . ܥܒܪܐ ܩܕܡܝܟܘܢ ܒܝܘܪܕܢܢ . 11
* ܘܗܫܐ ܕܒܪܘ ܠܟܘܢ ܬܪܥܣܪ ܓܒܪ̈ܝܢ ܡܢ ܫܒܛܘܗܝ ܕܐܝܣܪܝܠ . ܚܕ ܚܕ ܓܒܪܐ ܡܢ ܫܒܛܐ . 12

Illi ergò duo explorates deſcendentes è 23
monte, trajecerunt, abieruntque ad Jeſum
filium Nun, & narraverunt ei quicquid
acciderat eis. Dixerunt autem ad Jeſum, 24
Tradidit Dominus in manus noſtras univer-
ſam terram illam, quin & perterriti ſunt
omnes habitatores terræ causâ noſtri.

CAP. III.

ITaque ſurgente Jeſu diluculò, moverunt 1
è Sottim, & venientes uſque ad Jordanem
omnes Iſraelitæ, pernoctârunt ibi, nec tra-
jecerunt. Poſt tres autem dies tranſeuntes 2
præfecti per media caſtra, Præceperunt 3
populo, & dixerunt eis, Quum videritis
arcam teſtamenti Domini Dei veſtri, & ſa-
cerdotes ac Levitas illam portantes, tunc
ſolvite è loco veſtro, & proficiſcimini poſt
eam. Sit autem diſtantia inter vos & ar- 4
cam circiter duorum millium cubitorum
tantùm in menſura. Ne accedatis ad eam,
ut ſciatis viam per quam abeundum ſit vo-
bis : non enim tranſiſtis per hanc viam ab
heri & nudiuſtertiùs. Dixitque Jeſus ad 5
populum, Sanctificamini ; cras enim factu-
rus eſt Dominus miraculum inter vos. De- 6
inde dixit Jeſus ad ſacerdotes, Tollite ar-
cam fœderis Domini, & tranſite ante po-
pulum. Et dixit Dominus ad Jeſum, Ab 7
hodierna die incipiam te magnificare in
oculis totius Iſraelis, ut ſciant quòd quem-
admodum fui cum Moſe, tecum etiam ſim
futurus. Et tu præcipe ſacerdotibus fe- 8
rentibus arcam fœderis Domini, & dic eis,
Quum deveneritis ad primas aquas Jordanis,
in ipſo Jordane conſiſtite. Dixitque Jeſus 9
ad filios Iſrael, Huc adeſte, & audite verba
Domini Dei veſtri. Subjunxit etiam Jeſus, 10
Per hoc agnoſcite quòd Dominus Deus ſit
in vobis, perimátque à conſpectu veſtro
Hethæos, & Chananæos, Hevæos, & Phe-
rezæos, Gergeſæos, & Amorrhæos, & Je-
buſæos. Nam ecce arca fœderis Domini 11
dominatoris totius terræ tranſibit ante vos
per Jordanem. Sumite modò vobis duo- 12
decim viros ex omnibus tribubus Iſraelis,
ſingulos viros ex *unaquaque* tribu :

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

23 24 * فرجعا وانحدرا من الجبل * واتيا الي يوسع بن نون * وحدثاه بجميع ما لحقهما * وقالا ليوسع *
ان الله قد سلم الينا جميع الارض * وقد ماج جميع سكانها من اجلنا *

* الفصل الثالث *

1 * فادلج يوسع باكرا * ورحل من الكفرين * وجاء الي الاردن هو وساير بني اسرايل * وباتوا هناك
2 3 قبل ان يعبرون * ولما كان بعد ثلثة ايام * جاز العرفاء في وسط العسكر * وامروهم القوم قولا * اذا
بصرتم صندوق عهد الله الهكم * والايمة والكهنة واللاويين حاملين له * ارحلوا من مكانكم
4 واتبعوه * وكونوا بعيدا منه * يكون بينكم وبينه نحو الفي ذراع * ولا تتقدمون اليه لاجل ان
5 تعرفون الطريق الذي تسيرون فيها * لانكم ما جزتم فيها امس واول من امس * وقال يوسع
6 للقوم * استعدوا فان غدا يفعل الله معكم معجزات * ثم قال يوسع للايمة * احملوا صندوق
7 العهد * واعبروا قدام الشعب * فحملوا صندوق العهد * وساروا قدام القوم * فقال الله ليوسع
بن نون * في هذا اليوم ابتدي اعظمك بمشاهدة جميع بني اسرايل * حتي يعلموا اني اكون
8 معك مثل ما كنت مع موسي * وانت فمر الايمة حاملي صندوق العهد قولا *
9 عند دخولكم الي طريق الاردن قفوا فيه * وقال يوسع لبني اسرايل * تقدموا ههنا
10 واسمعوا خطاب الله الاهكم * وقال يوسع * بهذه الاية تعلمون ان القادر الاهي
معكم * وانه يستاصل من قدامكم الكنعاني * والحتي * والحوي * والفرزي *
11 والجرجاني * والاموراني * واليبوساني * هوذا صندوق عهد الله مولا جميع العالم
12 عابر قدامكم في الاردن * والان خذوا لكم اثني عشر رجلا من اسباط اسرايل * كل رجل من سبط *

Quare reverſi ſunt duo illi, *deſcende-* 23
*runtque de monte, & venerunt ad Joſue
filium Nun, atque narraverunt ei quæ-
cunque acciderant eis. Dixeruntque ad* 24
*Joſue, Deus jam tradidit nobis omnem
terram, jamque vacillârunt cuncti ha-
bitatores ejus causâ noſtri.*

CAP. III.

ITaque ſurrexit Joſue ſummo mane, 1
*profectuſque ex inſidelibus, devenit ad
Jordanem ipſe cum omnibus filiis Iſrael,
& pernoctaverunt ibi antequam trajice-
rent. Et poſt tres dies tranſierunt inſi-* 2
gniores per medium exercitum, Atque 3
*præcepit eis gens eadem, dicens ; Quum
videritis arcam fœderis Dei, Dei veſtri, &
presbyteros, atque ſacerdotes, & Levitas
geſtantes illam, diſcedite è caſtris veſtris,
& ſequimini eam. Eſtote verò procul ab* 4
*ipſa, ſintque inter vos & inter illam ferè
duo millia cubitorum, & non accedetis
ad eam ; ut cognoſcatis viam, per quam
ambuletis, quum non tranſieritis per eam
heri neque nudiuſtertiùs. Dixit rurſus* 5
*Joſue ad turbam, Eſtote parati, quia cras
faciet Deus vobiſcum miracula. Præte-* 6
*rea dixit Joſue ſacerdotibus, Tollite ar-
cam fœderis, & tranſite ante populum ;
tuleruntque arcam fœderis, & inceſſe-
runt ante populum. Ait autem Deus Jo-* 7
*ſue filio Nun, In hac die incipiam magni-
ficare te in conſpectu cunctorum filiorum
Iſrael, ut ſciant me futurũ tecum quem-
admodum fui cum Moſe. Et tu præcipe* 8
*ſacerdotibus portantibus arcam fœderis
ſermonem* hujuſmodi, *Ad ingreſſum ve-
ſtrum in alveum Jordanis, conſiſtite in eo.
Dixitque Joſue filiis Iſrael, Accedite* 9
*huc, & audite colloquium Dei, Dei ve-
ſtri. Ait etiam Joſue, Per hoc ſignum* 10
*cognoſcetis quòd potentiſſimus Deus
meus vobiſcum eſt, & ipſe exſtirpabit è
conſpectu veſtro Chananæum, & He-
thæum, & Hevæum, & Pherezæum,
& Gergeſæum, et Amorrhæum, et Jebu-
ſæum. Ecce arca fœderis Dei domina-* 11
*toris univerſi mundi, tranſitura eſt ante
vos per Jordanem. Nunc ergò tollite* 12
*vobis duodecim viros de tribubus Iſra-
el, ſingulos viros de* qualibet *tribu.*

ספר יהושע : ד

Domini arcam portantium ſacerdotum pedum *volæ quieſcere circa* ,erit Et
13 וְהָיָה כְּנוֹחַ כַּפּוֹת רַגְלֵי הַכֹּהֲנִים נֹשְׂאֵי אֲרוֹן יְהוָה
aquæ ,*ſcindentur* Jarden aquæ ,Jarden aquis in terræ omnis dominatoris
אֲדוֹן כָּל־הָאָרֶץ בְּמֵי הַיַּרְדֵּן מֵי הַיַּרְדֵּן יִכָּרֵתוּן הַמַּיִם
proficiſcendo in ,fuit Et .uno acervo ſtabunt *&* ,deſuper deſcendentes
14 הַיֹּרְדִים מִלְמָעְלָה וְיַעַמְדוּ נֵד אֶחָד׃ וַיְהִי בִּנְסֹעַ
portantes ſacerdotes & ,Jarden *tranſeundum ad*,ſuis tabernaculis de populus
הָעָם מֵאָהֳלֵיהֶם לַעֲבֹר אֶת־הַיַּרְדֵּן וְהַכֹּהֲנִים נֹשְׂאֵי
arcam portantes *venire circa* Et .*populi facies ad* fœderis arcam
15 הָאָרוֹן הַבְּרִית לִפְנֵי הָעָם׃ וּכְבוֹא נֹשְׂאֵי הָאָרוֹן
eſſent intincti arcam portantium ſacerdotum pedes & ,Jarden ad uſque
עַד־הַיַּרְדֵּן וְרַגְלֵי הַכֹּהֲנִים נֹשְׂאֵי הָאָרוֹן נִטְבְּלוּ
omnibꝰ ſuas ripas omnes *ſuper* repleverat Jarden &) aquarum extremo in
בִּקְצֵה הַמָּיִם וְהַיַּרְדֵּן מָלֵא עַל־כָּל־גְּדוֹתָיו כֹּל
ſteterunt ,deſuper *deſcendentes* aquæ ſteterunt Et (.meſſis diebus
16 יְמֵי קָצִיר׃ וַיַּעַמְדוּ הַמַּיִם הַיֹּרְדִים מִלְמַעְלָה קָמוּ
,Sarthan latere ex quæ ,urbe Adam *in* valde procul uno acervo
נֵד־אֶחָד הַרְחֵק מְאֹד בָּאָדָם הָעִיר אֲשֶׁר מִצַּד צָרְתָן
:*ſunt exciſæ*,ſunt cōſumptæ,ſalis mare ,ſolitudinis mare *ſuper* deſcendentes &
וְהַיֹּרְדִים עַל יָם הָעֲרָבָה יָם־הַמֶּלַח תַּמּוּ נִכְרָתוּ
arcam portantes ſacerdotes ſtabant Et.Jericho *contra* tranſierunt populꝰ &
17 וְהָעָם עָבְרוּ נֶגֶד יְרִיחוֹ׃ וַיַּעַמְדוּ הַכֹּהֲנִים נֹשְׂאֵי הָאָרוֹן
Iſrael omnis & ,*præparando* Jarden medio in , ſicco in Domini fœderis
בְּרִית־יְהוָה בֶּחָרָבָה בְּתוֹךְ הַיַּרְדֵּן הָכֵן וְכָל־יִשְׂרָאֵל
.Jarden tranſire gens omnis *conſummaverunt* donec ,*ſicco in tranſeuntes*
עֹבְרִים בֶּחָרָבָה עַד אֲשֶׁר־תַּמּוּ כָּל־הַגּוֹי לַעֲבוֹר אֶת־הַיַּרְדֵּן׃

CAP. IV. ד

,Jarden tranſire gens omnis *conſummaverunt quemadmodum* ,fuit Et
1 וַיְהִי כַּאֲשֶׁר־תַּמּוּ כָל־הַגּוֹי לַעֲבוֹר אֶת־הַיַּרְדֵּן
populo è vobis *Capite* : dicendo ,Jehoſuah ad Dominus dixit &
2 וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־יְהוֹשֻׁעַ לֵאמֹר׃ קְחוּ לָכֶם מִן־הָעָם
.tribu *de unum virum* unum virum ,viros duodecim
שְׁנֵים עָשָׂר אֲנָשִׁים אִישׁ־אֶחָד אִישׁ־אֶחָד מִשָּׁבֶט׃
, Jarden medio è hinc vobis Tollite : dicendo , eis præcipite Et
3 וְצַוּוּ אוֹתָם לֵאמֹר שְׂאוּ־לָכֶם מִזֶּה מִתּוֹךְ הַיַּרְדֵּן
, lapides duodecim *præparando* , ſacerdotum *pedum ſtatione* è
מִמַּצַּב רַגְלֵי הַכֹּהֲנִים הָכִין שְׁתֵּים־עֶשְׂרֵה אֲבָנִים
eos facietis reponere & ,vobiſcum eos facietis tranſire &
וְהַעֲבַרְתֶּם אוֹתָם עִמָּכֶם וְהִנַּחְתֶּם אוֹתָם
ad Jehoſuah *clamavit* Et .*nocte eo in pernoctabitis quo* ,diverſorio in
4 בַּמָּלוֹן אֲשֶׁר־תָּלִינוּ בוֹ הַלָּיְלָה׃ וַיִּקְרָא יְהוֹשֻׁעַ אֶל־
,Iſrael filiis de fecerat præparari quos viros duodecim
שְׁנֵים הֶעָשָׂר אִישׁ אֲשֶׁר הֵכִין מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל
Tranſite : Jehoſuah eis dixit Et .tribu *de unum virum* unum virum
5 אִישׁ־אֶחָד אִישׁ־אֶחָד מִשָּׁבֶט׃ וַיֹּאמֶר לָהֶם יְהוֹשֻׁעַ עִבְרוּ
vobis *levate* & ,Jarden medium in veſtri Dei Domini *arcæ facies ad*
לִפְנֵי אֲרוֹן יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם אֶל־תּוֹךְ הַיַּרְדֵּן וְהָרִימוּ לָכֶם
filiorum tribuum numerum *in* ſuum humerū ſuper unum lapidem *vir*
אִישׁ אֶבֶן אַחַת עַל־שִׁכְמוֹ לְמִסְפַּר שִׁבְטֵי בְנֵי־
interrogaverint cū,*veſtro interiori* in ſignū hoc ſit Ut .Iſrael
6 יִשְׂרָאֵל׃ לְמַעַן תִּהְיֶה זֹאת אוֹת בְּקִרְבְּכֶם כִּי־יִשְׁאָלוּן
iſti lapides Quid : dicendo ,cras veſtri filii
בְּנֵיכֶם מָחָר לֵאמֹר מָה הָאֲבָנִים הָאֵלֶּה
Jarden aquæ *ſunt exciſæ Quod* : eis dicetis Et ? vobis
7 לָכֶם׃ וַאֲמַרְתֶּם לָהֶם אֲשֶׁר נִכְרְתוּ מֵימֵי הַיַּרְדֵּן
aquæ ſunt exciſæ ,Jarden *eam tranſeundo in* ,Domini fœderis *arcæ faciebus à*
מִפְּנֵי אֲרוֹן בְּרִית־יְהוָה בְּעָבְרוֹ בַּיַּרְדֵּן נִכְרְתוּ מֵי
Iſrael filiis memoriam in iſti lapides Eruntque .Jarden
הַיַּרְדֵּן וְהָיוּ הָאֲבָנִים הָאֵלֶּה לְזִכָּרוֹן לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל
.ſeculum in uſque
עַד־עוֹלָם׃

Verſio VULG. LAT.

13 Et cùm poſuerint veſtigia pedum ſuorum, ſacerdotes qui portant arcam Domini Dei univerſæ terræ, in aquis Jordanis, aquæ quæ inferiores ſunt, decurrent atque deficient: quæ autem deſuper veniunt, in una mole conſiſtent. 14 Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis, ut tranſiret Jordanem: & ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum. 15 Ingreſſiſque eis Jordanem, & pedibus eorum in parte aquæ tinctis, (Jordanis autem ripas alvei ſui tempore meſſis impleverat,) 16 Steterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebāt procul ab urbe quæ vocatur Adō uſque ad locum Sarthan: quæ autem inferiores erant, in Mare ſolitudinis (quod nunc vocatur Mortuum) deſcenderunt, uſquequò omnino deficerent. 17 Populus autem incedebat contra Jericho: & ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, ſtabant ſuper ſiccam humum in medio Jordanis accincti, omniſque populus per arentem alveum tranſibat.

CAP. IV.

1 Quibus trangreſſis, dixit 2 Dominus ad Joſue; Elige duodecim viros, ſingulos per ſingulas tribus: 3 Et præcipe eis, ut tollant de medio Jordanis alveo, ubi ſteterunt pedes ſacerdotum, duodecim duriſſimos lapides, quos ponetis in loco caſtrorum, ubi fixeritis 4 hâc nocte tentoria. Vocavítque Joſue duodecim viros, quos elegerat de filiis Iſrael, ſingulos de ſingulis tribubus: 5 Et ait ad eos; Ite ante arcam Domini Dei veſtri ad Jordanis medium, & portate inde ſinguli ſingulos lapides in humeris veſtris, juxta numerum filiorum Iſrael, 6 Ut ſit ſignum inter vos: & quando interrogaverint vos filii veſtri cras, dicentes; Quid ſibi volunt iſti lapides? 7 Reſpondebitis eis, Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis Domini, cùm tranſiret eum: idcircò poſiti ſunt lapides iſti in monumentum filiorum Iſrael uſque in æternum.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.
Cum Tranſlatione LATINA.

13 Καὶ ἔσται ὡς ἂν καταπαύσωσιν οἱ πόδες τῶν ἱερέων τῶν αἰρόντων τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου πάσης τῆς γῆς, ἐν τῷ ὕδατι τοῦ Ἰορδάνου, τὸ ὕδωρ τοῦ Ἰορδάνου ἐκλείψει, τὸ δὲ ὕδωρ τὸ καταβαῖνον 14 στήσεται. Καὶ ἀπῆρεν ὁ λαὸς ἐκ τῶν σκηνωμάτων αὐτῶν διαβῆναι τὸν Ἰορδάνην, οἱ δὲ ἱερεῖς (ξ) ἤροσαν τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης 15 κυρίου πρότεροι τοῦ λαοῦ. Ὡς δὲ εἰσεπορεύοντο οἱ (ο) ἱερεῖς οἱ αἴροντες τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, καὶ οἱ πόδες τῶν ἱερέων τῶν αἰρόντων τὴν (π) κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου ἐβάφησαν εἰς μέρος τοῦ ὕδατος τοῦ Ἰορδάνου· ὁ δὲ Ἰορδάνης (ρ) ἐπληροῦτο καθ᾽ ὅλην τὴν κρηπῖδα 16 αὐτοῦ, ὡσεὶ ἡμέραι θερισμοῦ πυρῶν· Καὶ ἔστη τὰ (σ) ὕδατα τὰ καταβαίνοντα ἄνωθεν, ἔστη πῆγμα ἓν ἀφεστηκὸς μακρὰν (τ) σφόδρα σφοδρῶς ἕως μέρους Καριαθιαρίμ· τὸ δὲ καταβαῖνον κατέβη εἰς τὴν (υ) θάλασσαν Ἄραβα θάλασσαν ἁλός, ἕως εἰς τὸ τέλος 17 ἐξέλιπε. Καὶ ὁ λαὸς εἱστήκει ἀπέναντι Ἱεριχώ. καὶ ἔστησαν οἱ ἱερεῖς οἱ αἴροντες τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου ἐπὶ ξηρᾶς ἐν μέσῳ τοῦ Ἰορδάνου. καὶ πάντες οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ διέβαινον διὰ ξηρᾶς, ἕως συνετέλεσε πᾶς ὁ λαὸς διαβαίνων τὸν Ἰορδάνην.

MS.A. (ξ) ἦραν (ο) ἱερεῖς αἴροντες (π) κιβωτὸν ἐβάφησαν εἰς τὸ μέρος (ρ) ἐπλήρου (σ) ὕδατα καταβαίνοντα (τ) σφόδρα ἕως (υ) θάλασσαν τῶν ἁλῶν, ἕως

13 Et erit, cùm quieverint pedes ſacerdotum levantium arcam teſtamenti Domini univerſæ terræ, in aqua Iordanis; aqua Jordanis deficiet: aqua autem deſcendens (c) ſtabit. 14 Et promovit populus è tabernaculis ſuis, ad tranſeundum Iordanem: ſacerdotes autem levaverunt arcam teſtamenti Domini priores populo. 15 Dum autem ingrediebantur ſacerdotes levantes arcam teſtamenti, in Iordanem: & pedes ſacerdotum levantium arcam teſtamenti Domini tincti ſunt in parte aquæ Iordanis: Iordanes autem plenus erat per totam crepidinem ſuam, ſicut (d) dies meſſis tritici. 16 Et ſteterunt aquæ deſcendentes deſuper: ſtetit (e) concretio una recedens longè valdè (f) vehementer uſque ad partem Cariathiarim: quæ autem deſcendebat, deſcendit in mare Araba, mare Salis; donec in finem defecit. 17 Et populus ſtetit contra Hiericho. Et ſteterunt ſacerdotes levantes arcam teſtamenti Domini ſuper aridam in medio Iordanis. Et omnes filii Iſrael tranſibant per aridam, donec conſummavit omnis populus tranſiens Iordanem.

ΚΕΦ. Δʹ.

1 Καὶ ἐπεὶ συνετέλεσε πᾶς ὁ λαὸς διαβαίνων τὸν Ἰορδάνην, καὶ εἶπε κύριος (α) 2 τῷ Ἰησοῖ, λέγων, (β) Παραλαβὼν ἄνδρας ἀπὸ 3 τοῦ λαοῦ, ἕνα ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς, Σύνταξον (γ) αὐτοῖς· καὶ ἀνέλεσθε ἐκ μέσου τοῦ Ἰορδάνου ἑτοίμους δώδεκα λίθους, καὶ τούτους διακομίσαντες ἅμα ὑμῖν αὐτοῖς, (δ) θέτε αὐτοὺς ἐν τῇ στρατοπεδείᾳ ὑμῶν, οὗ ἐὰν παρεμβάλητε ἐκεῖ 4 τὴν νύκτα. Καὶ ἀνακαλεσάμενος Ἰησοῦς δώδεκα ἄνδρας τῶν ἐνδόξων ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, 5 ἕνα ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς, Εἶπεν (ε) αὐτοῖς, Προσαγάγετε ἔμπροσθέν μου πρὸ προσώπου κυρίου εἰς μέσον τοῦ Ἰορδάνου· καὶ (ζ) ἀνελόμενος ἐκεῖθεν ἕκαστος λίθον, ἀράτω ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ κατὰ τὸν ἀριθμὸν (η) τῶν δώδεκα 6 φυλῶν τοῦ Ἰσραήλ, Ἵνα ὑπάρχωσιν ὑμῖν οὗτοι εἰς σημεῖον κείμενον διαπαντός· ἵνα ὅταν ἐρωτᾷ σε ὁ υἱός σου αὔριον, λέγων, Τί 7 εἰσιν οἱ λίθοι οὗτοι ἡμῖν; Καὶ σὺ δηλώσεις τῷ υἱῷ σου, λέγων, Ὅτι ἐξέλιπεν ὁ Ἰορδάνης ποταμὸς ἀπὸ προσώπου κιβωτοῦ διαθήκης κυρίου πάσης τῆς γῆς, ὡς διέβαινεν αὐτόν. καὶ ἔσονται (θ) οἱ λίθοι οὗτοι ὑμῖν μνημόσυνον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἕως τοῦ αἰῶνος.

MS.A. (α) πρὸς Ἰησοῦν, (β) Παραλαβὼν ἀπὸ τοῦ λαοῦ δώδεκα ἄνδρας, ἕνα ἐφ᾽ ἑκάστης (γ) αὐτοῖς, λέγων, Ἀνέλεσθε ἐντεῦθεν ἐκ μέσου (δ) θήσετε αὐτοὺς (ε) αὐτοῖς Ἰησοῦς, Προσαγάγετε (ζ) ἀνελόμενος ἀράτω ἐκεῖθεν ἕκαστος λίθον ἕνα ἐπὶ τῶν ὤμων (η) τῶν φυλῶν (θ) ὑμῖν οἱ λίθοι οὗτοι μνημόσυνον

CAP. IV.

1 Et poſtquàm conſummavit omnis populus tranſiens Iordanē, & dixit Dominus Ieſu, dicens; 2 Aſſumens viros de populo, unum ex unaquaq; tribu, 3 Præcipe (a) eis: & tollite de medio (b) Iordanis paratos duodecim lapides, & hos transferentes ſimul (c) vobiſcum ipſis, ponite eos in caſtris veſtris, ubicunq; caſtrametati fueritis ibi nocte. 4 Et revocans Ieſus duodecim viros de honoratis ex filiis Iſrael, unum ex unaquaque tribu, 5 Dixit eis; Accedite (d) coram me ante faciem Domini in medium Iordanis: Et auferens inde unuſquiſque lapidem, tollat ſuper humeros ſuos ſecundùm numerum duodecim tribuum Iſrael: 6 ut ſint vobis hi in ſignū poſitum ſemper. Ut quando interrogaverit te filius tuus cras, dicens; Quid ſunt lapides hi nobis? 7 Et tu manifeſtabis filio tuo, dicens; Quoniam defecit Iordanis fluvius à facie arcæ teſtamenti Domini univerſæ terræ; dum tranſibat eum. Et erunt vobis lapides iſti memoriale filiis Iſrael uſque in æternum.

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

13 ויהי כמנח פרסת רגלי כהניא נטלי ארונא דיי רבון כל ארעא במי ירדנא
14 יפסקון מיא דנחתין מלעילא ויקומון רוקבא חד : והוה כד נטלו עמא מקרויהון
15 למעבר ית ירדנא וכהניא נטלי ארונא דקימא קדם עמא : וכממטי נטלי ארונא עד
ירדנא ורגלי כהניא נטלי ארונא טבילא בקצת מיא וירדנא מלי על כל כפוהי כל יומי
16 חצדא : וקמו מיא דנחתין מלעלא קמו רוקבא חד רחיקין לחדא מאדם קרתא דבסטר
צרתן ודנחתין לימא דמישרא לימא דמלחא שלימו פסקו ועמא עברו לקביל יריחו :
17 וקמו כהניא נטלי ארון קימא דיי ביבשתא בגו ירדנא מתקניא וכל ישראל עברין
ביבשתא עד דשלימו כל עמא למעבר ית ירדנא :

ד

1 והוה כד שלימו כל עמא למעבר ית ירדנא ואמר יי ליהושע למימר : דברו לכון מן
2 עמא תרי עשר גברין גברא חד גברא חד משבטא : ופקידו יתהון למימר טולו לכון
3 מכא מגו ירדנא מאתר מיקם רגלי כהניא מתקניא תרתי עסרי אבניא ותעברנון
4 יתהון עמכון ותחתון יתהון בבית מבתא דתביתון ביה בליליא : וקרא יהושע לתרי
5 עשר גברא דאתקין מבני ישראל גברא חד גברא חד משבטא : ואמר להון
יהושע עברו קדם ארונא דיי אלהכון לגו ירדנא וארימו לכון גבר אבנא חדא על
6 כתפיה למנין שבטיא דבני ישראל : בדיל דתהי דא את ביניכון ארי ישאלון
7 בניכון מחר למימר מה אבניא האלין לכון : ותימרון להון די פסקו מי ירדנא מן
קדם ארון קימא דיי במעבריה בירדנא פסקו מי ירדנא ויהוין אבניא האלין לדכרנא
לבני ישראל עד עלמא :

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

13 Et erit, cum quieverint plantæ pedum ſacerdotum ferentium arcam Domini dominatoris omnis terræ, in aquis Jordanis; aquæ Jordanis abſcindentur; aquæ quæ deſcendunt deſuper; & conſurgent acervo uno. 14 Et fuit, cum ſurrexerunt populꝰ ex tabernaculis ſuis ad tranſeundum Jordanem, & ſacerdotes ferentes arcam fœderis coram populo. 15 Et ut pervenerunt ferentes arcam uſque ad Jordanem, & pedes ſacerdotum tollentium arcam, intincti fuerunt in extremitate aquarum: & Jordanis impletus eſt ſuper omnes ripas ſuas omnibus diebus æſtatis. 16 Et ſteterunt aquæ, quæ deſcendebant deſuper, ſteterunt cumulo uno; quæ dilatatæ ſunt valde ab Adam urbe quæ juxta Sarthan; & quæ deſcendebant in mare planitiei, in mare Salis, conſumptæ ſunt, defecerunt: & populus tranſierunt è regione Jericho. 17 Et ſteterunt ſacerdotes ferentes arcam fœderis Domini in ſicco, in medio Jordanis præparati: & omnis Iſrael tranſibant in ſicco, donec conſummaverunt omnis populus tranſire Jordanem.

CAP. IV.

1 Et fuit quando conſummaverunt omnis populus tranſire Jordanem, & 2 ait Dominus ad Joſue, dicendo: Tollite vobis de populo duodecim viros, virum unum, virum unum ex tribu. 3 Et jubete eis, dicendo: Tollite vobis hinc de medio Jordanis, de *loco ſtationis* pedum ſacerdotū accinctorum, duodecim lapides: & transferetis eos vobiſcum; & collocabitis eos in loco hoſpitii, in quo hoſpites eritis in nocte. 4 Et vocavit Joſue duodecim viros, quos conſtituit, ex filiis Iſrael, virum unum, virum unum ex tribu. 5 Et dixit eis Joſue: Tranſite ante arcam Domini Dei veſtri intra Jordanem, & tollite vobis vir lapidem unum ſuper humerum ſuum, ad numerum tribuum filiorum Iſrael: 6 Ut ſit vobis hoc ſignum inter vos, quando interrogaverint filii veſtri cras dicendo: Quid lapides iſti vobis? 7 Et dicetis eis: Quòd defecerunt aquæ Jordanis ex ante faciem arcæ fœderis Domini: quando tranſibat illa per Jordanem, defecerunt aquæ Jordanis: & erunt lapides iſti in monumentum filiis Iſrael uſq; in ſeculum.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

* ܘܡܐ ܕܢܬܢܝܚܢ ܦܣܬܐ ܕܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܕܟܗ̈ܢܐ ܕܫܩܝܠܝܢ ܩܒܘܬܐ ܕܡܪܝܐ ܡܪܗ 13
ܕܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ. ܒܡ̈ܝܐ ܕܝܘܪܕܢܢ. ܡ̈ܝܐ ܕܝܘܪܕܢܢ ܢܬܦܠܓܘܢ. ܡ̈ܝܐ ܕܢܚܬܝܢ ܡܢ ܠܥܠ.
ܢܩܘܡܘܢ ܐܝܟ ܕܒܙܩܐ ܚܕ. ܒܠܚܘܕ ܚܕ. * ܘܟܕ ܫܩܠܘ ܥܡܐ ܡܢ ܡܫܟܢܝܗܘܢ. ܠܡܥܒܪ 14
ܝܘܪܕܢܢ. ܟܗ̈ܢܐ ܕܫܩܝܠܝܢ ܗܘܘ ܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܩܝ ܕܡܪܝܐ. ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡ ܥܡܐ. * ܘܟܕ 15
ܥܠܘ ܫܩܘܠܝ ܩܒܘܬܐ ܠܝܘܪܕܢܢ. ܘܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܕܟܗ̈ܢܐ ܕܫܩܝܠܝܢ ܗܘܘ ܩܒܘܬܐ.
ܐܨܛܒܥ ܒܣܦܬܐ ܕܡ̈ܝܐ. ܘܝܘܪܕܢܢ ܡܠܐ ܗܘܐ ܥܠ ܟܐܦܘܗܝ. ܟܠܗܘܢ ܝܘ̈ܡܝ ܚܨܕܐ. * ܘܩܡܘ 16
ܡ̈ܝܐ ܕܢܚܬܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܠܥܠ. ܘܩܡܘ ܐܝܟ ܕܒܙܩܐ ܚܕ ܒܠܚܘܕ. ܘܪܚܝܩܘ ܛܒ ܡܢ ܐܪܡ
ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܣܛܪ ܨܪܬܢ. ܘܕܢܚܬܝܢ ܠܝܡܐ ܕܡܥܪܒܐ ܝܡܐ ܕܡܠܚܐ. ܐܬܦܪܫܘ ܘܫܠܡܘ.
ܥܡܐ ܕܝܢ ܥܒܪܘ ܠܘܩܒܠ ܐܝܪܝܚܘ. * ܘܩܡܘ ܟܗ̈ܢܐ ܕܫܩܝܠܝܢ ܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܩܝ 17
ܕܡܪܝܐ. ܒܝܒܫܐ ܒܓܘ ܝܘܪܕܢܢ. ܘܐܬܥܛܦܘ ܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ ܘܥܒܪܘ ܒܝܒܫܐ.
ܥܕܡܐ ܕܫܠܡܘ ܟܠܗ ܥܡܐ ܠܡܥܒܪ ܝܘܪܕܢܢ. * ܩܦܠܐܘܢ * ܕ̄ *

1 * ܘܟܕ ܫܠܡܘ ܟܠܗ ܥܡܐ ܠܡܥܒܪ ܝܘܪܕܢܢ. ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܝܫܘܥ. * ܓܒܘ ܠܟܘܢ ܡܢ
2 ܥܡܐ ܬܪܥܣܪ ܓܒܪܝܢ. ܚܕ ܚܕ ܓܒܪܐ ܡܢ ܫܒܛܐ. * ܘܦܩܘܕ ܐܢܘܢ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. 3
ܫܩܘܠܘ ܠܟܘܢ ܡܟܐ ܡܢ ܓܘ ܝܘܪܕܢܢ. ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܩܡܘ ܪ̈ܓܠܝ ܟܗ̈ܢܐ. ܬܛܝܒܘܢ ܬܪܥܣܪ
ܟܐܦܝܢ. ܘܬܥܒܪܘܢ ܐܢܝܢ ܥܡܟܘܢ. ܘܬܣܝܡܘܢ ܐܢܝܢ ܒܒܝܬ ܡܒܬܐ. ܕܬܒܘܬܘܢ ܒܗ ܒܠܠܝܐ.
* ܘܩܪܐ ܝܫܘܥ ܠܬܪܥܣܪ ܓܒܪܝܢ. ܗܢܘܢ ܕܛܝܒ ܡܢ ܒ̈ܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ. ܚܕ ܚܕ ܓܒܪܐ ܡܢ 4
ܫܒܛܐ. * ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܥܒܪܘ ܩܕܡ ܩܒܘܬܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܟܘܢ. ܠܓܘ ܝܘܪܕܢܢ. 5
ܘܐܪܝܡܘ ܠܟܘܢ ܟܐܦܐ ܚܕܐ ܥܠ ܟܬܦܗ. ܠܡܢܝܢܐ ܕܫܒܛܐ ܕܒ̈ܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ. * ܕܬܗܘܐ 6
ܗܕܐ ܐܬܐ ܒܝܢܬܟܘܢ. ܕܡܐ ܕܢܫܐܠܘܢܟܘܢ ܒ̈ܢܝܟܘܢ ܡܚܪ ܘܢܐܡܪܘܢ ܠܟܘܢ. ܡܢܐ ܐܢܝܢ
ܟܐܦܐ ܗܠܝܢ. * ܐܡܪܘ ܠܗܘܢ. ܕܐܬܦܠܓܘ ܡ̈ܝܐ ܕܝܘܪܕܢܢ. ܡܢ ܩܕܡ ܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܩܝ 7
ܕܡܪܝܐ. ܟܕ ܥܒܪܢ ܒܝܘܪܕܢܢ ܐܬܦܠܓܘ ܡ̈ܝܐ ܕܝܘܪܕܢܢ. ܘܗܘܝ ܟܐܦܐ ܗܠܝܢ ܕܘܟܪܢܐ
ܠܒ̈ܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ ܠܥܠܡ.

* Et quum quieverint plantæ pedum ſacerdo- 13
tum ferentium arcam Domini dominatoris
totius terræ in aquis Jordanis, aquæ Jordanis
ſcindentur; aquæ ſupernè deſcendentes con-
ſiſtent quaſi in utre quodam ſeorſim. Quum 14
ergò ſolviſſet populus è tabernaculis ſuis ut
trajiceret Jordanem, ſacerdotes qui ferebant
arcam fœderis Domini, præcedebant popu-
lum: Cúmq; perveniſſent portitores arcæ ad 15
Jordanem uſque, & pedes ſacerdotum qui fe-
rebant arcam, tincti fuiſſent in oris aquarum,
(porrò Jordanis plenus erat ad ſumma uſq;
labra cunctis diebus meſſis) Conſtiterunt 16
aquæ quæ ſupernè defluebant; conſtiterunt
inquam, quaſi in utre quodam ſeorſùm, valdè
procul ab Aram civitate quæ eſt ſecus Sar-
tam: quæ verò defluebant ad mare Occiden-
tale, mare *ſcilicet* ſalis, ſeparatæ defecerunt:
populus autem tranſiit è regione Jericho. Et 17
ſacerdotibus qui ferebant arcam fœderis
Domini, ſicco pede intra Jordanem conſiſten-
tibus, accinxerunt ſe omnes Iſraelitæ, & ſicco
فرعون واهل مصر* وقسوا قلوبهم* وازدروا بهم ولم يرسلوهم* واخرجهم الرب بغير مشيتهم*
* فاتخذوا الان عجلا جديدا* وخذوا بقرتين ترضعان لم يعلا عمل* وشدوا العجل بالبقرتين* 7
وردوا عجليهما الي البيت* وارفعوا تابوت الرب وصيروها على العجل* واوعية الذهب التي اهديتم 8
اليها اجعلوها في مخلاة* وعلقوا المخلاة في جانب العجل* وسرحوها لتنصرف عنكم* فانظروا الان 9
ان كانت البقرتان يسيران في طريق حد بيت شمس* فالرب الذي انزل بنا هذا البلاء العظيم*
وان لم تاخذ في ذلك الطريق* فليس بلانا من قبل الرب* بل انما كان عرض عرض لنا*

Miſerunt ergò arcam Dei Iſraelis in A- 10
cron: ingemuerunt autem Acronæi, dicen-
tes, Adduxerunt ad nos arcam Dei Iſra-
elis, ut interficiat nos, & populū noſtrum
perdat. Quare mittentes convocârunt 11
principes omnes Palæſtinorū: qui dixe-
runt, Amandate arcā Dei Iſraelis, eamq;
remittite in locū ſuū, ne interficiat nos,
& populum noſtrū perdat: clades enim
graſſata erat in tota civitate, & furor
Dei ſummoperè invaluerat in eos. Et 12
qui non moriebantur ex eis, afficiebantur
dyſenteriâ, ita ut mugitus urbis in cœlum
uſq; attolleretur.

CAP. VI.

CUm autem manſiſſet arca Domini in 1
agro Palæſtinorum ſeptem menſibus, Ad- 2
vocârunt Palæſtini principes & ſacerdo-
tes, & dixerunt, Quid faciemus de arca
Domini? indicate nobis quo pacto agen-
dum ſit, & quid cū ea mittendum quan-
do remittemus eā ad locum ſuum. Re- 3
ſponderunt, Si vos remiſſuri eſtis arcam
Dei Iſraelis in locum ſuum, ne remittatis
eam vacuā ſine munere; ſed offerte ei
munuſculum & oblationes, ut curemini
à doloribus veſtris, & ſciatis cujus rei
causâ id vobis acciderit: ut fortè abſce-
dat à vobis furor & punitio Domini.
Dixerunt, Quid cōſilio veſtro donabimus 4
ei? Reſponderunt, Donate illi juxta nume-
rum quinq; principum Palæſtinorum; fa-
brefacite quinque ſedes aureas (nā eadē
eſt plaga quâ affecti eſtis vos ac principes
veſtri) Fabrefacietis inquā, ſimilitudinē 5
ſedium veſtrarum, & ſimilitudinē muri-
um qui tellurē invaſerant ut vaſtarent
eam, & donabitis Deo Iſraelis: fortè
miſerebitur veſtri, & tollet à vobis iram
ſuā, avertetq; miſeriā à terra veſtra & à
deo veſtro. Et ne aggravetis corda veſtra 6
quemadmodū obdurârunt ſe Pharaon &
Ægyptii, & aggravârunt corda ſua; &
poſtquam parvipenderunt eos, nec dimiſe-
runt illos, demū eduxit eos Dominꝰ illis
invitis. Sumite ergò plauſtrū novū, & 7
accipientes duas vaccas lactantes quæ o-
peram nondum exercuerunt, alligate plau-
ſtrū vaccis, vituloſque earū domū re-
mittite. Deinde tollentes arcā Domini, po- 8
nite eam ſuper plauſtrū; & vaſa aurea
quæ donâſtis ei ponite in pera, & appen-
dite perā ad latꝰ plauſtri, tū dimittite eā
ut abeat à vobis. Jam verò videte, ſi ab- 9
ierint vaccæ per viam termini Bethſe-
mes, certè Dominus eſt qui immiſit in nos
calamitatem hanc ingentem: quòd ſi eam
viā minimè carpſerint, calamitas noſtra
non eſt à Domino, ſed caſus fortuitus
accidit nobis.

שמואל א : ו

,lactantes vaccas duas *ceperunt* & : ſic viri Feceruntque
10 וַיַּעֲשׂוּ הָאֲנָשִׁים כֵּן וַיִּקְחוּ שְׁתֵּי פָרוֹת עָלוֹת
.domo in clauſerunt earum filios & ; plauſtro in eas ligaverunt &
וַיַּאַסְרוּם בָּעֲגָלָה וְאֶת־בְּנֵיהֶם כָּלוּ בַבָּיִת׃
& ,capſam & ,plauſtro in Domini arcam Poſueruntque
11 וַיָּשִׂמוּ אֶת־אֲרוֹן יְהוָה אֶל־הָעֲגָלָה וְאֵת הָאַרְגַּז וְאֵת
direxerunt Et .ſuorum anorum imagines & ,aureos mures
12 עַכְבְּרֵי הַזָּהָב וְאֵת צַלְמֵי טְחֹרֵיהֶם׃ וַיִּשַּׁרְנָה
iverunt una elata via in : Bethſemes viam *ſuper* ,*via in* vaccæ
הַפָּרוֹת בַּדֶּרֶךְ עַל־דֶּרֶךְ בֵּית שֶׁמֶשׁ בִּמְסִלָּה אַחַת הָלְכוּ
ſatrapæ & : *ſiniſtra & dextera* declinaverũt non & ;mugiendo &,*eundo*
הָלֹךְ וְגָעוֹ וְלֹא־סָרוּ יָמִין וּשְׂמֹאול וְסַרְנֵי
.Bethſemes terminum ad uſque eas poſt *euntes* Peliſtinorum
פְלִשְׁתִּים הֹלְכִים אַחֲרֵיהֶם עַד־גְּבוּל בֵּית שָׁמֶשׁ׃
levaverunt & ; valle in *triticorum* meſſem *metentes* Bethſemes Et
13 וּבֵית שֶׁמֶשׁ קֹצְרִים קְצִיר־חִטִּים בָּעֵמֶק וַיִּשְׂאוּ אֶת־
.*videndo* ſunt lætati & ,arcam viderunt & ,ſuos oculos
עֵינֵיהֶם וַיִּרְאוּ אֶת־הָאָרוֹן וַיִּשְׂמְחוּ לִרְאוֹת׃
ſtetit & , Bethſemeſitæ Jehoſuah agrum in venit plauſtrum Et
14 וְהָעֲגָלָה בָּאָה אֶל־שְׂדֵה יְהוֹשֻׁעַ בֵּית־הַשִּׁמְשִׁי וַתַּעֲמֹד
& ; plauſtri ligna ſciderunt & ; magnus lapis ibi & : ibi
שָׁם וְשָׁם אֶבֶן גְּדוֹלָה וַיְבַקְּעוּ אֶת־עֲצֵי הָעֲגָלָה וְאֶת־
fecerunt deſcendere Levitæ Et .Domino *aſcenſionem fecerunt aſcendere* vaccas
15 הַפָּרוֹת הֶעֱלוּ עֹלָה לַיהוָה׃ וְהַלְוִיִּם הוֹרִידוּ
vaſa *ea in qua* ,ſecum quæ capſam & ,Domini arcam
אֶת־אֲרוֹן יְהוָה וְאֶת־הָאַרְגַּז אֲשֶׁר־אִתּוֹ אֲשֶׁר־בּוֹ כְלֵי־
Bethſemes viri & ,magno lapide in poſuerunt & ; aurea
זָהָב וַיָּשִׂמוּ אֶל־הָאֶבֶן הַגְּדוֹלָה וְאַנְשֵׁי בֵית־שֶׁמֶשׁ
ipſa die in victimas immolaverunt & ,*aſcenſiones fecerunt aſcendere*
הֶעֱלוּ עֹלוֹת וַיִּזְבְּחוּ זְבָחִים בַּיּוֹם הַהוּא
ſunt reverſi & ,viderunt Peliſtinorum ſatrapæ quinque Et .Domino
16 לַיהוָה׃ וַחֲמִשָּׁה סַרְנֵי־פְלִשְׁתִּים רָאוּ וַיָּשֻׁבוּ
quos ,aurei ani iſti Et .illa die in Hecron
17 עֶקְרוֹן בַּיּוֹם הַהוּא׃ וְאֵלֶּה טְחֹרֵי הַזָּהָב אֲשֶׁר
, unus Aſdod *ad* : Domino *culpatorium* Peliſtim reddiderunt
הֵשִׁיבוּ פְלִשְׁתִּים אָשָׁם לַיהוָה לְאַשְׁדּוֹד אֶחָד
.unus Hecron *ad* ,unus Gath *ad* ,unus Aſchelon *ad* ,unus Hazzah *ad*
לְעַזָּה אֶחָד לְאַשְׁקְלוֹן אֶחָד לְגַת אֶחָד לְעֶקְרוֹן אֶחָד׃
quinque Peliſtinorum urbium omnium numerum aurei mures Et
18 וְעַכְבְּרֵי הַזָּהָב מִסְפַּר כָּל־עָרֵי פְלִשְׁתִּים לַחֲמֵשֶׁת
ad uſque & ,muro abſque villam ad uſque & ,*munitionis* urbe ab ſatrapis
הַסְּרָנִים מֵעִיר מִבְצָר וְעַד כֹּפֶר הַפְּרָזִי וְעַד
Domini arcam *eum ſuper poſuerunt quem* , magnum Abel
אָבֵל הַגְּדוֹלָה אֲשֶׁר הִנִּיחוּ עָלֶיהָ אֵת אֲרוֹן יְהוָה
percuſſit Et .Bethſemeſitæ Jehoſuah agro in hanc diem ad uſque
19 עַד הַיּוֹם הַזֶּה בִּשְׂדֵה יְהוֹשֻׁעַ בֵּית־הַשִּׁמְשִׁי׃ וַיַּךְ
percuſſit & ,Domini arca in *viderunt* quia ,Bethſemes *viris in*
בְּאַנְשֵׁי בֵית־שֶׁמֶשׁ כִּי רָאוּ בַּאֲרוֹן יְהוָה וַיַּךְ
luxeruntque :virorum millia quinquaginta ,viros ſeptuaginta populo *in*
בָּעָם שִׁבְעִים אִישׁ חֲמִשִּׁים אֶלֶף אִישׁ וַיִּתְאַבְּלוּ
.magna plaga populum *in* Dominus percuſſit quia ,populus
הָעָם כִּי־הִכָּה יְהוָה בָּעָם מַכָּה גְדוֹלָה׃
facies ad ſtare poterit Quis : Bethſemes viri Dixeruntque
20 וַיֹּאמְרוּ אַנְשֵׁי בֵית־שֶׁמֶשׁ מִי יוּכַל לַעֲמֹד לִפְנֵי
? nobis *deſuper* aſcendet quem ad & *? iſtius ſancti Dei Domini*
יְהוָה הָאֱלֹהִים הַקָּדוֹשׁ הַזֶּה וְאֶל־מִי יַעֲלֶה מֵעָלֵינוּ׃
: dicendo ,Chiriathjeharim habitatores ad *legatos* Miſeruntque
21 וַיִּשְׁלְחוּ מַלְאָכִים אֶל־יוֹשְׁבֵי קִרְיַת־יְעָרִים לֵאמֹר
facite aſcendere ,deſcendite ; Domini arcam Peliſtim Reduxerunt
הֵשִׁבוּ פְלִשְׁתִּים אֶת־אֲרוֹן יְהוָה רְדוּ הַעֲלוּ
.vos ad eam
אֹתוֹ אֲלֵיכֶם׃

Verſio VULG. LAT.

10 Fecerunt ergò illi hoc modo:
& tollentes duas vaccas, quæ
lactabant vitulos, junxerunt
ad plauſtrum, vitulóſq; earũ
11 concluſerunt domi. Et poſue-
runt arcã Dei ſuper plauſtrũ,
et capſellã, quæ habebat mures
aureos & ſimilitudines ano-
12 rum. Ibant autem in directum
vaccæ, per viam quæ ducit
Bethſames, & itinere uno gra-
diebantur, pergentes & mu-
gientes: & non declinabant
neq; ad dexterã neq; ad ſini-
ſtrã: ſed & ſatrapæ Philiſthi-
im ſequebantur uſq; ad ter-
13 minos Bethſames. Porrò Beth-
ſamitæ metebant triticum in
valle: & elevantes oculos
ſuos, viderunt arcam, & gaviſi
14 ſunt cùm vidiſſent. Et plauſtrũ
venit in agrũ Joſue Bethſami-
tæ, & ſtetit ibi. Erat autẽ ibi
lapis magnus, & conciderunt
ligna plauſtri, vaccáſq; impo-
ſuerunt ſuper ea holocauſtum
15 Dño. Levitæ autem depoſue-
runt arcã Dei, & capſellam
quæ erat juxta eã, in qua erant
vaſa aurea, & poſuerunt ſuper
lapidẽ grandẽ. Viri autẽ Beth-
ſamitæ obtulerunt holocauſta,
& immolaverunt victimas in
16 die illa Dño. Et quinq; ſa-
trapæ Philiſthinorum vide-
runt, & reverſi ſunt in Acca-
17 ron in die illa. Hi ſunt au-
tem ani aurei, quos reddide-
runt Philiſthiim pro delicto,
Domino: Azotus unũ, Gaza
unũ, Aſcalon unũ, Geth unũ,
18 Accaron unũ: Et mures au-
reos ſecundũ numerũ urbium
Philiſthiim, quinq; provinci-
arum, ab urbe murata uſq; ad
villã quæ erat abſq; muro, &
uſq; ad Abelmagnum, ſuper
quem poſuerunt arcã Domini,
quæ erat uſq; in illũ diem in
19 agro Joſue Bethſamitis. Per-
cuſſit autem de viris Bethſa-
mitibus, eò quòd vidiſſent ar-
cam Domini: & percuſſit
de populo ſeptuaginta viros
& quinquaginta millia ple-
bis. Luxitque populus, eò
quòd Dominus percuſſiſſet
20 plebem plagâ magnâ. Et di-
xerunt viri Bethſamitæ, Quis
poterit ſtare in conſpectu Do-
mini Dei ſancti hujus? & ad
21 quem aſcendet à nobis? Mi-
ſerúntque nuntios ad habita-
tores Cariathiarim, dicentes;
Reduxerunt Philiſthiim ar-
cam Domini: deſcendite, &
reducite eam ad vos.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Tranſlatione LATINA.

10 Καὶ ἐποίησαν οἱ ἀλλόφυλοι (τ) οὕτω· καὶ ἔλα-
βον δύο βόας πρωτοτοκούσας, καὶ ἔζευξαν αὐ-
τὰς ἐν τῇ ἁμάξῃ, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ἀπε-
11 κώλυσαν εἰς οἶκον· Καὶ ἔθεντο τὴν κιβω-
τὸν κυρίου ἐπὶ τὴν ἅμαξαν, καὶ τὸ θέμα (υ)
12 ἐργὰβ καὶ τοὺς μῦς τοὺς (φ) χρυσοῦς. Καὶ κατ-
εύθυναν αἱ βόες ἐν τῇ ὁδῷ εἰς ὁδὸν (χ)
Βαιθσαμὺς, ἐν τρίβῳ ἑνὶ ἐπορεύοντο καὶ ἐκο-
πίων, καὶ οὐ μεθίσταντο δεξιὰ οὐδὲ ἀριστερά.
καὶ οἱ σατράπαι τῶν ἀλλοφύλων ἐπορεύοντο
ὀπίσω αὐτῆς ἕως ὁρίων (ψ) Βαιθσαμύς.
13 Καὶ οἱ ἐν Βαιθσαμὺς ἐθέριζον θερισμὸν
πυρῶν ἐν κοιλάδι. καὶ ἦραν ὀφθαλμοὺς αὐτῶν,
καὶ (ω) εἶδον κιβωτὸν κυρίου, καὶ ηὐφράνθησαν
14 εἰς ἀπάντησιν αὐτῆς. Καὶ ἡ ἅμαξα εἰσῆλ-
θεν εἰς ἀγρὸν (α) Ὡσηὲ τὸν ἐν (β) Βαιθσαμύς,
καὶ ἔστησαν ἐκεῖ (γ) παρ' αὐτῇ λίθον μέγαν. καὶ
σχίζουσι τὰ ξύλα τῆς ἁμάξης, καὶ τὰς βόας
(δ) ἀνήνεγκαν εἰς ὁλοκαύτωσιν τῷ κυρίῳ.
15 Καὶ οἱ Λευῖται ἀνήνεγκαν τὴν κιβωτὸν (ε)
τοῦ κυρίου, καὶ τὸ θέμα (ζ) ἐργὰβ μετ' αὐτῆς,
καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς σκεύη τὰ χρυσᾶ, καὶ ἔθεντο
ἐπὶ τοῦ λίθου τοῦ μεγάλου. καὶ οἱ ἄνδρες (η)
Βαιθσαμὺς ἀνήνεγκαν ὁλοκαυτώσεις (θ) καὶ
16 θυσίας ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῷ κυρίῳ. Καὶ
οἱ πέντε σατράπαι τῶν ἀλλοφύλων ἑώρων,
καὶ ἀνέστρεψαν (ι) εἰς Ἀσκάλωνα τῇ ἡμέρᾳ
17 ἐκείνῃ. Καὶ αὗται (κ) αἱ ἕδραι αἱ χρυσαῖ,
ἃς ἀπέδωκαν οἱ ἀλλόφυλοι τῆς βασάνου τῷ
κυρίῳ· τῆς Ἀζώτου μίαν, τῆς Γάζης μίαν,
τῆς Ἀσκάλωνος μίαν, τῆς Γὲθ μίαν, τῆς
18 Ἀκκαρὼν μίαν. Καὶ (λ) μῦς οἱ χρυσοῖ κατ'
ἀριθμὸν πασῶν (μ) πόλεων τῶν ἀλλοφύλων
τῶν πέντε (ν) σατραπῶν ἐκ πόλεως ἐστε-
ρεωμένης καὶ ἕως κώμης τοῦ Φερεζαίου, καὶ
ἕως λίθου τοῦ μεγάλου, οὗ (ξ) ἐπέθηκαν ἐπ'
αὐτοῦ τὴν κιβωτὸν διαθήκης (ο) κυρίου, τοῦ
19 ἐν ἀγρῷ (π) Ὡσηὲ τοῦ Βαιθσαμυσίτου. Καὶ
οὐκ (ρ) ἠσμένισαν οἱ υἱοὶ Ἰεχονίου ἐν τοῖς
ἀνδράσι (σ) Βαιθσαμὺς, ὅτι (τ) εἶδον κιβω-
τὸν κυρίου. καὶ ἐπάταξεν ἐν αὐτοῖς ἑβδο-
μήκοντα ἄνδρας, καὶ πεντήκοντα χιλιάδας
ἀνδρῶν. καὶ ἐπένθησεν ὁ λαὸς, ὅτι ἐπάταξε
κύριος ἐν τῷ λαῷ πληγὴν μεγάλην σφόδρα.
20 Καὶ εἶπαν οἱ ἄνδρες οἱ ἐκ (υ) Βαιθσαμὺς,
Τίς δυνήσεται διελθεῖν ἐνώπιον κυρίου τοῦ
θεοῦ τοῦ ἁγίου τούτου; καὶ πρὸς τίνα ἀναβήσε-
21 ται κιβωτὸς κυρίου ἀφ' ἡμῶν; Καὶ (φ) ἀπο-
στέλλουσιν ἀγγέλους πρὸς τοὺς κατοικοῦντας (χ)
Καριαθιαρὶμ, λέγοντες, Ἀπεστρόφασιν ἀλ-
λόφυλοι τὴν κιβωτὸν κυρίου, κατάβητε καὶ
ἀναγάγετε αὐτὴν πρὸς ἑαυτούς.

Et fecerunt alienigenæ ſic: & 10
ſumpſerunt duas vaccas primò
enixas, et junxerunt eas in plau-
ſtro: & filios earum abſtraxe-
runt in domum. Et poſuerunt 11
arcam Domini ſuper plauſtrum,
& (k) capſulam Ergab & mu-
res (l) aureos. Et direxerunt vac- 12
cæ in via ad viam Bethſamys:
in ſemita una ibant, & labora-
bant: & non declinaverunt à
dextera, neq; à ſiniſtra. Et ſatrapæ
alienigenarum ibant poſt eam uſ-
que ad fines Bethſamys. Et qui in 13
Bethſamys, metebant meſſem fru-
mentorum in valle. Et elevave-
runt oculos ſuos, & viderunt ar-
cam Domini: & lætati ſunt in
occurſum ejus. Et plauſtrum in- 14
travit in agrũ Oſee, qui in Beth-
ſamys: (m) & ſtatuerunt ibi a-
pud eam lapidem magnum. Et
ſcindunt ligna plauſtri, & vac-
cas attulerunt in holocauſtoſin
Domino. Et Levitæ attulerunt 15
arcam Domini, & capſulam Er-
gab cum ea, & quæ ſuper eam
vaſa aurea: & poſuerunt ſuper
lapidem magnum. Et viri Beth-
ſamys attulerunt holocauſtoſes,
& ſacrificia in die illa Domino.
Et quinque ſatrapæ alienigena- 16
rum videbant: & reverterunt
in Aſcalonem die illâ. Et hæ 17
ſunt ſedes aureæ, quas reddide-
runt alienigenæ pro cruciatu, Do-
mino: Azoti unam, Gazæ unã,
Aſcalonis unam, Geth unam, Ac-
caron unam. Et mures aurei jux- 18
ta numerum omnium civita-
tum alienigenarum quinque ſa-
traparum à civitate (n) confir-
mata, & uſque ad pagum Phere-
zæi, & uſque ad lapidem ma-
gnum: in quo impoſuerunt ſuper
eum arcam teſtamenti (o) Domi-
ni, quæ erat in agro Oſee Bethſa-
mytæ. (p) Et non ſunt delectati fi- 19
lii Jechoniæ in viris Bethſamys;
qui viderant arcam Domini. Et
percuſſit in eis ſeptuaginta viros,
& quinquaginta millia (q) viro-
rũ. Et luxit populus, quia percuſ-
ſerat Dominus in populo plagam
magnam valdè. Et dixerunt viri 20
qui de Bethſamys, Quis poterit
(r) tranſire corã Domino Deo ſan-
cto iſto? Et ad quẽ aſcendet arca
Domini à nobis? Et mittunt nun- 21
tios ad inhabitantes Cariathia-
rim, dicentes; (ſ) Redire fecerunt
alienigenæ arcã Domini: deſcen-
dite, & adducite eam ad vos
ipſos.

MS.A. (τ) οὕτως· (υ) ἀργὸζ (φ) χρυσοῦς, καὶ τὰς εἰκόνας τῶν
ἑδρῶν αὐτῶν. Καὶ κατηύθυναν (χ) Βεθσαμὺς, (ψ) Βεθσαμύς. Καὶ οἱ ἐν
Βεθσαμὺς (ω) ἴδον (α) Ἰησοῦ (β) Βεθσαμὺς, (γ) παρ' αὐτὴν (δ) ἀνήνεγ-
καν ὁλοκάρπωσιν τῷ (ε) κυρίου, καὶ (ζ) ἀργὸζ (η) Βεθσαμὺς (θ) καὶ
ἔθυσαν θυσίαν ἐν (ι) εἰς Ἀκκαρὼν τῇ (κ) αἱ * αἱ χρυσαῖ, ἃς (λ) μῦς οἱ
κατ' (μ) τῶν πόλεων (ν) σατραπιῶν (ξ) ἐπέθεσαν (ο) κυρίου, καὶ
ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, τοῦ ἐν (π) Ἰησοῦ τοῦ Βεθσαμυσίτου. (ρ) ἐσμέ-
νισαν υἱοὶ (σ) Βεθσαμὺς, (τ) εἶδον (υ) Βεθσαμὺς, (φ) ἀποστελοῦσιν
(χ) Καριαθιαρεὶμ,

תגרום יונתן Targum JONATHAN.

10 וַעֲבַדוּ גַבְרַיָּא כֵּן וּנְסִיבוּ תַּרְתֵּין תּוֹרָן מֵינְקָן וְאַסְרוּנוּן בַּעֲגַלְתָּא וְיַת בְּנֵיהֶן כְּלוֹ בְּבֵיתָא׃
11 וְשַׁוִּיאוּ יַת אֲרוֹנָא דַיְיָ בַּעֲגַלְתָּא וְיַת תֵּיבוּתָא וְיַת עַכְבְּרֵי דַהֲבָא וְיַת צַלְמֵי טְחוֹרֵיהוֹן׃
12 וְאַכְוִינָא תוֹרָתָא בְּאָרְחָא עַל אוֹרַח בֵּית שֶׁמֶשׁ בִּכְבִישָׁא חֲדָא אָזְלִין מֵיזַל וְגָעֲיָן וְלָא סְטָאָה
13 לְיַמִּינָא וְלִסְמָלָא וְטוּרְנֵי פְלִשְׁתָּאֵי אָזְלִין בַּתְרֵיהוֹן עַד תְּחוּם בֵּית שָׁמֶשׁ׃ וּבֵית שֶׁמֶשׁ
14 חָצְדִין חֲצַד חִטִּין בְּמֵישְׁרָא וּזְקַפוּ יַת עֵינֵיהוֹן וַחֲזוֹ יַת אֲרוֹנָא וַחֲדִיאוּ לְמֶחְזֵי׃ וַעֲגַלְתָּא
אֲתָת לַחֲקַל יְהוֹשֻׁעַ דִּי בְּבֵית שֶׁמֶשׁ וְקָמָא תַמָּן וְתַמָּן אַבְנָא רַבְּתָא וְצַלַּחוּ יַת אָעֵי עֲגַלְתָּא
15 וְיַת תּוֹרָתָא אַסִּיקוּ עֲלָתָא קֳדָם יְיָ׃ וְלֵוָאֵי אַחִיתוּ יַת אֲרוֹנָא דַיְיָ וְיַת תֵּיבוּתָא דִּי עִמֵּיהּ דִּי
בֵיהּ מָנֵי דַהֲבָא וְשַׁוִּיאוּ עַל אַבְנָא רַבְּתָא וְגַבְרֵי בֵּית שֶׁמֶשׁ אַסִּיקוּ עֲלָוָן וְנִכִיסוּ נִכְסַת
16 קוּדְשִׁין בְּיוֹמָא הַהוּא קֳדָם יְיָ׃ וַחֲמִשָּׁא טוּרְנֵי פְלִשְׁתָּאֵי חֲזוֹ וְתָבוּ לְעֶקְרוֹן בְּיוֹמָא הַהוּא׃
17 וְאִלֵּין טְחוֹרֵי דַהֲבָא דַאֲתִיבוּ פְלִשְׁתָּאֵי קָרְבַּן אֲשָׁמָא קֳדָם יְיָ דְּאַשְׁדּוֹד חַד דְּעַזָּה חַד
18 דְּאַשְׁקְלוֹן חַד דְּגַת חַד דְּעֶקְרוֹן חָד׃ וְעַכְבְּרֵי דַהֲבָא מִנְיַן כָּל קִרְוֵי פְלִשְׁתָּאֵי לַחֲמִשָּׁא
טוּרְנַיָּא מִקִּרְוִין כְּרִיכָן וְעַד קִרְוֵי פַצְחַיָּא וְעַד אַבְנָא רַבְּתָא דַאֲחִיתוּ עֲלַהּ יַת אֲרוֹנָא דַיְיָ
19 עַד יוֹמָא הָדֵין הָא הִיא בַּחֲקַל יְהוֹשֻׁעַ דְּמִבֵּית שָׁמֶשׁ׃ וּקְטַל בְּגַבְרֵי בֵית שֶׁמֶשׁ עַל דַּחֲדִיאוּ
דַּחֲזוֹ אֲרוֹנָא דַיְיָ כַּד גְּלֵי וּקְטַל בְּסָבֵי עַמָּא שַׁבְעִין גַּבְרָא וּבִקְהָלָא חַמְשִׁין אַלְפֵי גַבְרָא
20 וְאִתְאַבַּלוּ עַמָּא אֲרֵי מְחָא יְיָ בְּעַמָּא מְחָא סַגִּיאָה׃ וַאֲמַרוּ גַבְרֵי בֵית שֶׁמֶשׁ מַן יָכִיל
21 לְמֵקָם קֳדָם אֲרוֹנָא דַיְיָ אֱלֹהִים קַדִּישָׁא הָדֵין וּלְאִידֵין אֲתַר יִסְתַּלַּק מִנַּנָא׃ וּשְׁלַחוּ אִזְגַּדִּין
לְוָת יָתְבֵי קִרְיַת יְעָרִים לְמֵימַר אֲתִיבוּ פְלִשְׁתָּאֵי יַת אֲרוֹנָא דַיְיָ חוּתוּ אַסִּיקוּ יָתֵיהּ
לְוָתְכוֹן׃

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

Et fecerunt viri ſic, & acceperunt duas boves lactanteis, & ligaverunt eas 10
in plauſtro, & filios earũ clauſerunt in domo. Et poſuerũt arcã Dñi in plau- 11
ſtro, & capſã, & mures auri, & figuras mariſcarũ eorũ. Et verterunt ſe bo- 12
ves in viã, ſuper viam Bethſemes in ſtrata unâ, *euntes* eundo; & mugierunt,
& non diverterunt ad dexterã & ad ſiniſtrã: & tyranni Peliſthæorũ am-
bulantes poſt eas uſque terminũ Beth-ſemes. Et Bethſimſæi metentes meſ- 13
ſem tritici in planicie; & levaverunt oculos ſuos & viderunt arcã, & gaviſi
ſunt videndo. Et plauſtrũ venit ad agrum Jehoſuagh *qui in* Beth-Semes, & 14
ſteterunt ibi; & ibi lapis magnꝰ: & ſecuerunt ligna plauſtri & boves, &
aſcendere fecerunt holocauſtum ante Dñm. Et Levitæ deſcendere fecerunt 15
arcam Dñi, & capſam quæ cum illa, in quâ vaſa auri, & poſuerunt ſuper
lapidem magnum, & viri Beth-Semes aſcendere fecerunt holocauſta, &
mactaverunt mactationem ſanctitatum in die illa ante Dñm. Et quinque 16
tyranni Peliſthæorum viderunt, & redierunt ad Gheqron in die illâ. Et 17
hæ mariſcæ auri quas redire fecerunt Pelihſtæi ſacrificiũ expiationis ante
Dñm: Aſdod unã, Ghaza unã, Askalon unã, Gath unã, & Gheqron unã. Et 18
mures auri [*juxta*] numerũ omniũ civitatum Peliſthæorũ ad quinque
tyrannos ab urbibꝰ munitis & uſque ad urbes apertas, & uſq; ad lapidem
magnum ſuper quem aſcendere fecerunt arcam Domini uſque diem
hanc: ecce ille in agro Jehoſuagh, qui ex Beth-Semes. Et occidit in viris 19
Beth-Semes ſuper quod gaviſi ſunt, quòd viderunt arcam Domini quando
apparuit, & occidit in ſenibꝰ populi ſeptuaginta viros, & in univerſitate
quinquaginta mille viros: & luxerunt populus, quoniam percuſſit Do-
minꝰ in populo percuſſionem magnam. Et dixerunt viri Beth-Semes: 20
Quis poterit ſtare ante arcam Domini Dei ſancti hanc? & ad quem
locum transferetur à nobis? Et miſerunt nuncios ad habitatores Kirjath 21
Jegharim, ad dicendum: Redire fecerunt Peliſthæi arcam Domini; de-
ſcendite, aſcendere facite eam ad vos.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܘܥܒܕܘ ܓܒܪ̈ܐ ܗܢܘܢ ܗܟܢܐ. ܘܕܒܪܘ ܬܪܬܝܢ ܬܘܪ̈ܬܐ ܡܝܢܩܬܐ. ܘܐܣܪܘ ܐܢܝܢ ܒܥܓܠܬܐ. ܘܒܢܝ̈ܗܝܢ 10
ܣܟܪܘ ܒܒܝܬܐ. * ܘܣܡܘܗ ܠܐܪܘܢܐ ܕܐܠܗܐ ܒܥܓܠܬܐ. ܘܩܪܛܠܐ ܘܥܘܟܒܪ̈ܐ 11
ܕܕܗܒܐ. ܘܨܠܡ̈ܐ ܕܫܘܚܢܝ̈ܗܘܢ. * ܘܐܬܬܪܝܨܝ ܬܘܪ̈ܬܐ ܒܐܘܪܚܐ ܕܠܘܬ ܬܚܘܡܐ ܕܒܝܬ ܫܡܫ. 12
ܒܫܒܝܠܐ ܚܕ ܡܗܠܟܢ ܗܘܝ. ܘܓܥܝܢ. ܘܠܐ ܣܛܝܢ ܠܝܡܝܢܐ ܘܠܣܡܠܐ. ܘܛܘܪ̈ܢܐ ܕܦܠܫܬܝ̈ܐ
ܐܙܠܝܢ ܒܬܪܗܝܢ. ܥܕܡܐ ܠܬܚܘܡܐ ܕܒܝܬ ܫܡܫ. * ܘܒܢܝ̈ܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܫܡܫ ܚܨܕܝܢ 13
ܗܘܘ ܚܨܕܐ ܕܚܛ̈ܐ ܒܥܘܡܩܐ. ܘܐܪܝܡܘ ܥܝܢ̈ܝܗܘܢ. ܘܚܙܐܘܗܝ ܠܐܪܘܢܐ. ܘܚܕܝܘ ܟܕ ܚܙܐܘܗܝ.
* ܘܥܓܠܬܐ ܐܬܬ ܠܚܩܠܗ ܕܝܫܘܥ ܕܡܢ ܒܝܬ ܫܡܫ. ܘܩܡܬ ܬܡܢ. ܘܬܡܢ ܟܐܦܐ ܪܒܬܐ. 14
ܘܨܠܚܘ ܩܝ̈ܣܐ ܕܥܓܠܬܐ. ܘܬܘܪ̈ܬܐ ܐܣܩܘ ܥܠܘܬܐ ܠܡܪܝܐ. * ܘܠܘܝ̈ܐ ܐܚܬܘ ܠܐܪܘܢܗ ܕܡܪܝܐ. 15
ܘܠܩܪܛܠܐ ܕܥܡܗ. ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܐܢ̈ܐ ܕܕܗܒܐ. ܘܣܡܘ ܥܠ ܟܐܦܐ ܪܒܬܐ. ܘܒܢܝ̈ܐ ܕܒܝܬ ܫܡܫ
ܐܣܩܘ ܥܠܘܬܐ. ܘܕܒܚܘ ܕܒܚܐ ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܠܐܠܗܐ. * ܘܚܡܫܐ ܛܘܪ̈ܢܐ ܕܦܠܫܬܝ̈ܐ ܚܙܘ. 16
ܘܗܦܟܘ ܠܥܩܪܘܢ ܒܝܘܡܐ ܗܘ. * ܘܗܠܝܢ ܫܘܒ̈ܪܐ ܕܕܗܒܐ. ܕܐܝܬܝܘ ܦܠܫܬܝ̈ܐ ܩܘܪܒܢܐ 17
ܠܡܪܝܐ. ܕܐܫܕܘܕ. ܚܕ. ܘܕܥܙܐ. ܚܕ. ܘܕܐܫܩܠܘܢ. ܚܕ. ܘܕܓܬ. ܚܕ. ܘܕܥܩܪܘܢ. ܚܕ. * ܘܚܕ ܚܕ 18
ܥܘܟܒܪ̈ܐ ܕܕܗܒܐ. ܡܢܝܢܐ ܕܟܠܗܝܢ ܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܦܠܫܬܝ̈ܐ. ܘܚܡܫܐ ܛܘܪ̈ܢܐ ܡܢ ܡܕܝܢ̈ܬܐ
ܥܫܝܢ̈ܬܐ. ܘܥܕܡܐ ܠܩܘܪܝܐ ܕܦܪ̈ܙܝܐ. ܘܥܕܡܐ ܠܐܒܠ ܪܒܬܐ. ܕܣܡܘ ܥܠܝܗ ܐܪܘܢܗ ܕܡܪܝܐ.
ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. ܒܚܩܠܗ ܕܝܫܘܥ ܕܡܢ ܒܝܬ ܫܡܫ. * ܘܡܚܐ ܡܪܝܐ ܠܐܢܫ̈ܐ ܕܒܝܬ ܫܡܫ. 19
ܡܛܠ ܕܚܙܘ ܒܐܪܘܢܗ ܕܡܪܝܐ. ܘܡܚܐ ܡܪܝܐ ܒܥܡܐ ܚܡܫܐ ܐܠܦܝܢ ܘܫܒܥܝܢ ܓܒܪ̈ܝܢ.
ܘܐܬܟܪܝ ܠܥܡܐ. ܡܛܠ ܕܡܚܐ ܡܪܝܐ ܒܥܡܐ ܡܚܘܬܐ ܪܒܬܐ. * ܘܐܡܪܘ ܐܢܫ̈ܐ ܕܒܝܬ ܫܡܫ. 20
ܡܢܘ ܡܫܟܚ ܠܡܩܡ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܩܕܝܫܐ ܗܢܐ. ܘܡܢܘ ܢܣܩܝܘܗܝ ܡܢܢ
ܠܐܪܘܢܐ. * ܘܫܕܪܘ ܐܝܙܓܕ̈ܐ ܠܘܬ ܥܡܘܪ̈ܝ ܩܘܪܝܐ ܢܥܪܝܢ. ܘܐܡܪܘ. ܐܗܦܟܘ ܦܠܫܬܝ̈ܐ 21
ܠܐܪܘܢܗ ܕܡܪܝܐ. ܢܚܬܘ ܐܣܩܘܗܝ ܠܘܬܟܘܢ.

Fecerunt ergò viri illi ſic, & adducentes du- 10
as vaccas lactantes, alligaverunt eas plau-
ſtro, & fœtus earum domi incluſerunt: Et 11
arcam Dei in plauſtro poſuerunt cum ſporta,
& muribus aureis, atque ſimulachris ano-
rum ſuorum; Dimiſſæque ſunt vaccæ per vi- 12
am quæ eſt prope terminum Beth-ſemes.
Quæ eâdem ſemitâ gradientes pergebant
mugientes, neque declinabant ad dexteram
vel ad ſiniſtram: tyranni verò Philiſtæorum
ſequebantur eas uſque ad terminum Beth-
ſemes. Cives autem urbis Beth-ſemes mete- 13
bant meſſem triticeam in convalle, ſublatiſ-
que oculis ſuis viderunt arcam, & gaviſi ſunt
cùm vidiſſent eam. Plauſtrum itaque venit 14
in agrum Jeſu Bethſemeſitæ, ibique conſti-
tit. Erat autem ibidem lapis magnus; & fin-
dentes ligna plauſtri, vaccas obtulerunt holo-
cauſtum Domino. Nam Levitæ depoſue- 15
runt arcam Domini & ſportam quæ cum ea
erat, in qua continebantur vaſa aurea, po-
ſueruntque ſuper lapidem illum magnum.
Cives autem Beth-ſemes obtulerunt holo-
cauſtum, & mactârunt victimam in die illa
Deo. Quod videntes quinque tyranni Phili- 16
ſtæorum, reverſi ſunt eodem die in Acron.
Porrò hi ſunt podices aurei quos attulerũt 17
Philiſtæi munus Domino: pro Aſdod unꝰ,
pro Aza unꝰ, pro Aſcalon unus, pro Gath
unꝰ, pro Acron unus: Singulos etiam mu- 18
res aureos juxta numerum omnium civita-
tum Philiſtæorum, & quinque tyrannorum
urbiũ munitarũ, uſque ad oppidũ Pherezæ-
orũ, & uſque ad *lapidem* Abel magnũ, ſu-
per quem collocârant arcam Domini uſq; in
præſentem diem, in agro Jeſu Bethſemeſitæ.
Percuſſit autem Dominꝰ Bethſemeſitas, eò 19
quòd extimuerint arcam Domini: percuſsit
enim Dominꝰ in populo quinq; millia &
ſeptuaginta viros: contriſtatꝰ eſt populꝰ quòd
percuſsiſſet Dominꝰ populũ tantâ clade. Di- 20
xeruntq; Bethſemeſitæ, Quis conſiſtere poſsit
coram Domino Deo iſto ſanctiſsimo? &
quis abducat à nobis arcam? Et miſsis lega- 21
tis ad incolas civitatis Naarin, dixerunt, Re-
miſerunt Philiſtæi arcam Domini, deſcendi-
te, abducite eam ad vos.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* وفعل القوم كما قيل لهم * وساقوا بقرتين يرضعان * وشدوا العجل بهما * وحبسوا عجليهما في 10
البيت * ووضعوا تابوت الرب على العجل * وعلقوا المخلاة التي فيها الجردان من ذهب وتماثيل 11
مقاعدهم * وسرحوا البقرتين في الطريق الى ناحية بيت شماس * فسارتا في السبيل المستقيم * 12
واحدتا الطريق وهما يعجان ولم تميلا يمنة ولا يسرة * وتبعهما رؤساء اهل فلسطين الى حد بيت
شماس * وكان اهل قرية بيت شماس يحصدون الحصاد في الغور * ورفعوا اعينهم ونظروا التابوت * 13
وفرحوا حيث رأوه * فجرت البقرتان العجل الى حقل يسوع الذي في بيت شماس * ووقفتا هناك * 14
وكانت هناك صخرة عظيمة * فشققوا خشب العجل * وذبحوا البقرتين وقربوهما قربانا للرب *
* وانزل اللاويون تابوت الرب والمخلاة التي كان فيها اوعية الذهب * وصيروها على الصخرة 15
العظيمة واما اهل بيت شماس فقربوا قربانا وذبحوا ذبائح لله في ذلك اليوم * واما رؤساء اهل 16
فلسطين الخمسة عاينوا ما صنع اهل بيت شماس * ورجعوا الى عقرون من يومهم * وهذه 17
مقاعد الذهب التي صاغ اهل فلسطين قربانا للرب * مصعدة واحدة لاهل ازدود * وواحدة
لاهل غزة * وواحدة لاهل عسقلان * وواحدة لاهل جات * وواحدة لاهل عقرون * وكذلك جرذ 18
من ذهب على عدد مدن اهل فلسطين * وعلى عدد رؤساء مدنهم الكبار الخمسة * والى
كفر الفرازيين * والى ابل العظيمة * ورفعوا تابوت الرب على الصخرة الى اليوم في مزرعة
يسوع الذي من بيت شماس * وضرب الرب اهل بيت شماس * لانهم ازروا بتابوت الرب * 19
وفزعوا ان يدخلوها بيوتهم وضرب الرب الشعب * ومات منهم خمسة آلاف وسبعون رجلا *
وحزن الشعب على ما ابتلوا به من الموت من قبل الرب * وحل بهم بلاء عظيم * وقال اهل 20
بيت شماس * من يقدر ان يتم خدمة ربنا والاهنا الطاهر * ومن يصعد التابوت من عندنا * وارسلوا 21
رسلا الى قرية نعران وقالوا * قد رد اهل فلسطين تابوت الرب * انزلوا فاصعدوها اليكم *

Fecit ergò turba quemadmodum dictum 10
fuerat eis, & adductis duabus vaccis la-
ctantibus alligârunt eis plauſtrum, vitulos
autem earum domi recluſerunt: Poſue- 11
runt arcam Domini ſuper plauſtrum,
& appenderunt peram in qua erant
mures aurei & ſimulachra ſedium ſua-
rum; Vaccaſque per viam dimiſerunt 12
Bethſemes verſùs: quæ rectâ ſemitâ
abeuntes viam carpſerunt mugientes,
haud dextrorſum neque ſiniſtrorſum de-
flectentes, ſequentibus eas principibus
Palæſtinorum uſque ad limitem Beth-
ſemes. Porrò cives urbis Bethſemes me- 13
tebant meſſem in planitie, ſublatiſque
oculis ſuis viderunt arcam, & gaviſi
ſunt cùm vidiſſent eam. Vaccæ verò 14
trahentes plauſtrum uſque ad agrum
Joſue qui erat in Bethſemes, conſtite-
runt illic; ibidemque erat lapis magnus:
findentes ergò ligna plauſtri, & utram-
que vaccam jugulantes, obtulerunt
eas ſacrificium Domino. Et Levitæ 15
deponentes arcam Domini & peram in
qua erant vaſa aurea, collocârunt ea
ſuper lapidem illum magnum: Bethſeme-
ſitæ verò obtulerunt munera, & mactâ-
runt victimas Deo eodem die. At verò 16
quinque principes Palæſtinorum, viſo
quod fecerant Bethſemeſitæ, redierunt ad
Acron eodem die. Porrò hæ ſunt ſedes 17
aureæ quas aurificio opere fabricârant
Palæſtini in oblationem Domino: oblatio
una ab Azdodæis, una à Gazæis, una ab
Aſcalanitis, à Gethæis una, & ab Acroni-
tis una: Pari modo mures aurei juxta 18
numerum urbium Palæſtinorum, &
juxta numerum quinque principum præ-
cipuarum urbium ſuarum, uſque ad pla-
nitiem Pherezæorum, & uſque ad Abel
magnum: & extulerunt arcam Domini
ſuper lapidem illum ad hunc uſque diem
in agro Joſue qui erat ex Bethſemes:
Percuſſit autem Dominus cives Bethſemes 19
eò quòd parvipendiſſent arcam Domini,
& timuerint introducere eam in domos
ſuas: percuſſit enim Dominus populum,
& mortui ſunt ex eis quinquies mille &
ſeptuaginta viri: & contriſtatus eſt po-
pulus propter cladem quâ affecti ſunt
à Domino, & quòd tanta calamitas ſibi
accidiſſet. Et dixerunt cives Bethſemes, 20
Quis poteſt perficere miniſterium Domini
Deique noſtri ſanctiſſimi? & quis ab-
ducet arcam à nobis? Miſerunt ergò 21
nuntios ad civitatem Naaran dicentes,
Jam reſtituerunt Palæſtini arcam Do-
mini, deſcendite, & abducite eam
ad vos.

שמואל א : ז

CAP. VII. ז

arcam fecerunt ascendere & ,Chiriathjeharim viri venerunt Et
וַיָּבֹאוּ אַנְשֵׁי קִרְיַת יְעָרִים וַיַּעֲלוּ אֶת־אֲרוֹן 1
& : Gibhah in Abinadab domum in eam *induxerunt* & ,Domini
יְהוָה וַיָּבִאוּ אֹתוֹ אֶל־בֵּית אֲבִינָדָב בַּגִּבְעָה וְאֶת־
.Domini arcam *custodiendum ad* sanctificaverunt ejus filium Elhazar
אֶלְעָזָר בְּנוֹ קִדְּשׁוּ לִשְׁמֹר אֶת־אֲרוֹן יְהוָה׃
sunt multiplicati & ,Chiriathjeharim in *arcam manere* die à ,fuit Et
2 וַיְהִי מִיּוֹם שֶׁבֶת הָאָרוֹן בְּקִרְיַת יְעָרִים וַיִּרְבּוּ
Israel domus omnis *sunt lamentati* & : anni viginti fuerunt & ,dies
הַיָּמִים וַיִּהְיוּ עֶשְׂרִים שָׁנָה וַיִּנָּהוּ כָּל־בֵּית יִשְׂרָאֵל
,Israel domum universam ad Semuel dixit Et .Dominum post
3 אַחֲרֵי יְהוָה׃ וַיֹּאמֶר שְׁמוּאֵל אֶל־כָּל־בֵּית יִשְׂרָאֵל
,Dominum ad *revertentes vos* vestro corde toto in Si : dicendo
לֵאמֹר אִם־בְּכָל־לְבַבְכֶם אַתֶּם שָׁבִים אֶל־יְהוָה
præparate & ; Astharoth &,vestri medio de *alienigenæ* deos *removete*
הָסִירוּ אֶת־אֱלֹהֵי הַנֵּכָר מִתּוֹכְכֶם וְהָעַשְׁתָּרוֹת וְהָכִינוּ
manu de vos liberabit & ,soli ei servite & ,Dominum ad vestrum cor
לְבַבְכֶם אֶל־יְהוָה וְעִבְדֻהוּ לְבַדּוֹ וְיַצֵּל אֶתְכֶם מִיַּד
& , Behalim Israel filii removerunt Et .Pelistinorum
4 פְּלִשְׁתִּים׃ וַיָּסִירוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל אֶת־הַבְּעָלִים וְאֶת־
: Semuel dixit Et .soli Domino servierunt & ; Astaroth
5 הָעַשְׁתָּרֹת וַיַּעַבְדוּ אֶת־יְהוָה לְבַדּוֹ׃ וַיֹּאמֶר שְׁמוּאֵל
vobis pro orabo & ; Mispah in Israel universum Congregate
קִבְצוּ אֶת־כָּל־יִשְׂרָאֵל הַמִּצְפָּתָה וְאֶתְפַּלֵּל בַּעַדְכֶם
, *aquas* hauseruntque ,Mispah in sunt congregati Et .Dominum ad
6 אֶל־יְהוָה׃ וַיִּקָּבְצוּ הַמִּצְפָּתָה וַיִּשְׁאֲבוּ־מַיִם
dixeruntque ,illa die in jejunaverũt & ,*Domini facies ad* effuderunt &
וַיִּשְׁפְּכוּ לִפְנֵי יְהוָה וַיָּצוּמוּ בַּיּוֹם הַהוּא וַיֹּאמְרוּ
Israel filios Semuel Judicavitque .Domino Peccavimus :ibi
שָׁם חָטָאנוּ לַיהוָה וַיִּשְׁפֹּט שְׁמוּאֵל אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
Israel filii essent cõgregati quòd ,Pelistim audierũt Et .Mispah in
7 בַּמִּצְפָּה׃ וַיִּשְׁמְעוּ פְלִשְׁתִּים כִּי־הִתְקַבְּצוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל
audierunt & : Israel ad Pelistim satrapæ ascenderunt & ,Mispah in
הַמִּצְפָּתָה וַיַּעֲלוּ סַרְנֵי־פְלִשְׁתִּים אֶל־יִשְׂרָאֵל וַיִּשְׁמְעוּ
filii Dixeruntque .Pelistim *faciebus à* timuerunt & ,Israel filii
8 בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וַיִּרְאוּ מִפְּנֵי פְלִשְׁתִּים׃ וַיֹּאמְרוּ בְנֵי־
Dominum ad clamando nobis à sileas Ne : Semuel ad Israel
יִשְׂרָאֵל אֶל־שְׁמוּאֵל אַל־תַּחֲרֵשׁ מִמֶּנּוּ מִזְּעֹק אֶל־יְהוָה
Semuel tulit Et .Pelistim manu de nos servet *&* ,nostrum Deum
9 אֱלֹהֵינוּ וְיֹשִׁעֵנוּ מִיַּד פְּלִשְׁתִּים׃ וַיִּקַּח שְׁמוּאֵל
: Domino totum *ascensionem fecit ascendere* & ,unum *lactis* agnum
טְלֵה חָלָב אֶחָד וַיַּעֲלֵה עוֹלָה כָּלִיל לַיהוָה
eum exaudivit & : Israel pro Dominum ad Semuel clamavit &
וַיִּזְעַק שְׁמוּאֵל אֶל־יְהוָה בְּעַד יִשְׂרָאֵל וַיַּעֲנֵהוּ
Pelistim *&* ,*ascensionem ascendere faciente* Semuel fuit Et .Dominus
10 יְהוָה׃ וַיְהִי שְׁמוּאֵל מַעֲלֶה הָעוֹלָה וּפְלִשְׁתִּים
voce in Dominus intonuit & : Israel *in* prælium ad accesserunt
נִגְּשׁוּ לַמִּלְחָמָה בְּיִשְׂרָאֵל וַיַּרְעֵם יְהוָה בְּקוֹל־
sunt cæsi & ,eos contrivit & ,Pelistæos *super* illa die in grandi
גָּדוֹל בַּיּוֹם הַהוּא עַל־פְּלִשְׁתִּים וַיְהֻמֵּם וַיִּנָּגְפוּ
,Mispah de Israel viri sunt egressi Et .Israel *facies ad*
11 לִפְנֵי יִשְׂרָאֵל׃ וַיֵּצְאוּ אַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל מִן־הַמִּצְפָּה
.Bethchar subter ad usq; eos percusserunt & ,Pelistim sunt persecuti &
וַיִּרְדְּפוּ אֶת־פְּלִשְׁתִּים וַיַּכּוּם עַד־מִתַּחַת לְבֵית כָּר׃
inter & Mispah inter posuit & ,unum lapidem Semuel *cepit* Et
12 וַיִּקַּח שְׁמוּאֵל אֶבֶן אַחַת וַיָּשֶׂם בֵּין־הַמִּצְפָּה וּבֵין
Hucusque : dixit & :habezer Eben- ejus nomen vocavit & : Sen
הַשֵּׁן וַיִּקְרָא אֶת־שְׁמָהּ אֶבֶן הָעָזֶר וַיֹּאמַר עַד־הֵנָּה
.Dominus nobis est auxiliatus
עֲזָרָנוּ יְהוָה׃

Versio VULG. LAT.

CAP. VII.

1 Venerunt ergò viri Cariathiarim,
& reduxerunt arcam Dñi, & intulerunt eam in
domũ Abinadab in Gabaa :
Eleazarum autem filium ejus
sanctificaverunt, ut custodiret
2 arcam Domini. Et factũ est,
ex qua die mansit arca Domini
in Cariathiarim, multiplicati
sunt dies (erat quippe
jam ann⁹ vigesimus) & requievit
omnis domus Israel post
3 Dominum. Ait autem Samuel
ad universam domum Israel,
dicens; Si in toto corde vestro
revertimini ad Dominũ,
auferte deos alienos de medio
vestrî, Baalim & Astaroth : &
præparate corda vestra Domino,
& servite ei soli, & eruet
4 vos de manu Philisthiim. Abstulerunt
ergò filii Israel Baalim
& Astaroth, & servierunt
5 Domino soli. Dixit autẽ Samuel,
Congregate universum
Israel in Masphath, ut orem
6 pro vobis Dominũ. Et convenerunt
in Masphath : hauseruntq; aquã, & effuderunt in
conspectu Domini, & jejunaverunt
in die illa : atque dixerunt
ibi, Peccavimus Domino
: Judicavitq; Samuel filios
7 Israel in Masphath. Et audierunt
Philisthiim quòd congregati
essent filii Israel in Masphath,
& ascenderunt satrapæ
Philisthinorũ ad Israel. Quod
cùm audissent filii Israel, timuerunt
à facie Philisthinorum.
8 Dixerúntque ad Samuelem;
Ne cesses pro nobis clamare
ad Dominũ Deũ nostrũ,
ut salvet nos de manu Philisthinorum.
9 Tulit autem Samuel
agnũ lactentem unum, &
obtulit illũ holocaustum integrum
Domino: & clamavit Samuel
ad Dominum pro Israel,
10 & exaudivit eũ Domin⁹. Factum
est autem, cùm Samuel
offerret holocaustum, Philisthiim
iniêre prælium contra
Israel : intonuit autẽ Domin⁹
fragore magno in die illa sup
Philisthiim, & exterruit eos,
11 & cæsi sunt à facie Israel. Egressiq;
viri Israel de Masphath,
persecuti sunt Philisthæos, &
percusserunt eos, usque ad locum
qui erat subter Bethchar.
12 Tulit autem Samuel lapidem
unum, et posuit eum inter
Masphath et inter Sen: et vocavit
nomen loci illius, Lapis
adjutorii. Dixítque, Hucusque
auxiliat⁹ est nobis Dominus.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Translatione LATINA.

Κεφ. ζ.

1 Καὶ ἔρχονται οἱ ἄνδρες Καριαθιαρεὶμ, ϗ
ἀνάγουσιν τ̃ κιβωτὸν διαθήκης κυρίου· ϗ
εἰσάγουσιν αὐτὴν εἰς οἶκον Ἀμιναδὰβ τὸν
ἐν τῷ βουνῷ. ϗ τὸν Ἐλεάζαρ (α) τὸν
υἱὸν αὐτοῦ ἡγίασε φυλάσσειν τ̃ κιβωτὸν διαθήκης
2 κυρίου. Καὶ ἐγενήθη ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας ἦν
ἡ κιβωτὸς ἐν Καριαθιαρεὶμ, ἐπλήθυναν
αἱ ἡμέραι· ϗ (β) ἐγένετο εἴκοσι ἔτη, ϗ
ἐπέβλεψεν πᾶς (γ) οἶκος Ἰσραὴλ ὀπίσω κυρίου.
3 Καὶ εἶπε Σαμουὴλ πρὸς πάντα οἶκον Ἰσραὴλ,
λέγων, Εἰ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ὑμῶν ὑμεῖς
ἐπιστρέφετε πρὸς κύριον, περιέλετε (δ) θεοὺς
ἀλλοτρίους ἐκ μέσου ὑμῶν, ϗ τὰ ἄλση, ϗ
ἑτοιμάσατε τὰς καρδίας ὑμῶν πρὸς κύριον,
ϗ δουλεύσατε αὐτῷ μόνῳ, ϗ ἐξελεῖται ὑμᾶς
4 ἐκ χειρὸς ἀλλοφύλων. Καὶ (ε) περιεῖλον
οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὰς Βααλὶμ ϗ τὰ
ἄλση Ἀσταρὼθ, καὶ ἐδούλευσαν (ζ) κυρίῳ
5 μόνῳ. Καὶ εἶπε Σαμουὴλ, Ἀθροίσατε (η)
πάντα Ἰσραὴλ εἰς (θ) Μασσηφὰθ, ϗ
6 προσεύξομαι περὶ ὑμῶν πρὸς κύριον. Καὶ
συνήχθησαν εἰς (ι) Μασσηφὰθ, καὶ ὑδρεύονται
ὕδωρ, ϗ ἐξέχεαν ἐνώπιον κυρίου
ἐπὶ τ̃ γῆν· ϗ ἐνήστευσαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ
ἐκείνῃ, ϗ εἶπαν, Ἡμαρτήκαμεν ἐνώπιον
κυρίου. καὶ ἐδίκαζε Σαμουὴλ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ
7 εἰς (κ) Μασσηφάθ. Καὶ ἤκουσαν (λ)
οἱ ἀλλόφυλοι ὅτι συνηθροίσθησαν πάντες
οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ εἰς (μ) Μασσηφάθ· ϗ ἀνέβησαν
σατράπαι ἀλλοφύλων ἐπὶ Ἰσραήλ.
ϗ ἀκούουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ϗ ἐφοβήθησαν
8 ἀπὸ προσώπου ἀλλοφύλων. Καὶ εἶπαν οἱ υἱοὶ
Ἰσραὴλ πρὸς Σαμουὴλ, Μὴ παρασιωπήσῃς
ἀφ᾽ ἡμῶν τοῦ μὴ βοᾷν πρὸς κύριον θεόν σου,
9 ϗ σώσει ἡμᾶς ἐκ χειρὸς ἀλλοφύλων. Καὶ
ἔλαβε Σαμουὴλ ἄρνα γαλαθηνὸν ἕνα, ϗ
ἀνήνεγκεν αὐτὸν ὁλοκαύτωσιν σὺν παντὶ
τῷ λαῷ τῷ κυρίῳ. ϗ ἐβόησε Σαμουὴλ πρὸς
κύριον περὶ Ἰσραὴλ, ϗ ἐπήκουσεν αὐτοῦ κύριος.
10 Καὶ ἦν Σαμουὴλ ἀναφέρων τὴν ὁλοκαύτωσιν·
ϗ ἀλλόφυλοι προσῆγον εἰς πόλεμον
ἐπὶ Ἰσραήλ. ϗ ἐβρόντησε κύριος ἐν φωνῇ μεγάλῃ
ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπὶ τοὺς (ν) ἀλλοφύλους,
ϗ συνεχύθησαν καὶ ἔπταισαν
11 ἐνώπιον Ἰσραήλ. Καὶ ἐξῆλθον ἄνδρες
Ἰσραὴλ ἐκ Μασσηφὰθ, ϗ κατεδίωξαν τοὺς
ἀλλοφύλους, καὶ ἐπάταξαν αὐτοὺς ἕως
12 ὑποκάτω τοῦ Βαιθχόρ. Καὶ ἔλαβε Σαμουὴλ
λίθον ἕνα, καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἀναμέσον
(ξ) Μασσηφὰθ καὶ ἀναμέσον τῆς
παλαιᾶς· ϗ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἀβενέζερ,
Λίθος τοῦ βοηθοῦ· ϗ εἶπεν,
Ἕως ἐνταῦθα ἐβοήθησεν ἡμῖν κύριος.

CAP. VII.

Et veniunt viri Cariathiarim: et reducunt arcam testamenti 1
Domini. Et introducunt
eam in domum Aminadab, quæ
in colle. Et Eleazarum filium ejus
sanctificaverunt ad custodiendam
arcam testamenti Domini.
Et factum est, ex qua die fuit arca 2
in Cariathiarim, multiplicati
sunt dies: & fuerunt viginti
anni. Et (a) respexit omnis domus
Israel post Dominum. Et 3
dixit Samuel ad universam domum
Israel, dicens; Si in toto
corde vestro vos revertitis ad Dominum;
circumauferte deos alienos
de medio vestri, & (b) lucos:
& præparate corda vestra
erga Dominum: & servite illi
soli: & eruet vos de manu alienigenarum.
Et circumabstulerunt 4
filii Israel Baalim, & lucos
Astaroth: & servierunt Domino
soli. Et dixit Samuel, Congregate 5
universum Israel in Massephath,
& orabo pro vobis ad
Dominum. Et convenerunt in 6
Massephath: & hauriunt aquam
& effundebant coram Domino
super terram: & jejunaverunt in
die illa: & dixerunt, Peccavimus
coram Domino. Et (c)
judicabat Samuel filios Israel
in Massephath. Et audierunt 7
alienigenæ, quia congregati
sunt omnes filii Israel in Massephath.
Et ascenderunt satrapæ alienigenarum
super Israel. Et
audiunt filii Israel, & timuerunt
à facie alienigenarum. Et 8
dixerunt filii Israel ad Samuel,
Ne taceas à nobis, ut (d) non
clames ad Dominum Deum tuum:
& salvabit nos de manu alienigenarum.
Et sumpsit Samuel 9
agnum lactentem unum: &
attulit eum holocaustosim cum
universo populo, Domino. Et clamavit
Samuel ad Dominum pro
Israel: & exaudivit eum Dominus.
Et erat Samuel offerens 10
holocaustosim: & alienigenæ accesserunt
in prælium super Israel.
Et tonuit Dominus in voce magna
in die illa super alienigenas:
& confusi sunt, & ceciderunt
coram Israel. Et exierunt viri 11
Israel è Massephath, & persecuti
sunt alienigenas: & percusserunt
eos usq; sub Bethchor. Et 12
sumpsit Samuel lapidem unum:
et statuit illum inter Massephath,
& inter veterem. Et vocavit nomen
ejus Abenezer, (e) Lapis adjutorii.
Et dixit, usq; huc adjuvit nos Dominus.

MS. A. (α) υἱὸν αὐτοῦ ἠνάγκασαν φυλάσσειν (β) ἐγένοντο (γ) ὁ οἶκος (δ) τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους (ε) περιεῖλαν (ζ) τῷ κυρίῳ (η) τὸν πάντα (θ) Μασηφὰτ, (ι) Μασηφὰτ, (κ) Μασηφάτ. (λ) ἀλλόφυλοι ὅτι (μ) Μασηφάτ· (ν) ἀλλοφύλους, * ϗ ἐπάταξεν αὐτοὺς ἕως ὑποκάτω τοῦ Βελχόρ. (ξ) Μασηφὰτ

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

ז

1 וַאֲתוֹ גַּבְרֵי קִרְיַת יְעָרִים וְאַסִּיקוּ יַת אֲרוֹנָא דַּיָי וְאָעִילוּ יָתֵיהּ לְבֵית אֲבִינָדָב דִּי בְּגִבְעֲתָא
2 וְיַת אֶלְעָזָר בְּרֵיהּ זַמִּינוּ לְמִטַּר יַת אֲרוֹנָא דַּיָי׃ וַהֲוָה מִיּוֹמָא דִשְׁרָא אֲרוֹנָא בְּקִרְיַת
יְעָרִים וּסְגִיאוּ יוֹמַיָּא וַהֲווֹ עַסְרִין שְׁנִין וְאִתְנְהִיאוּ כָּל בֵּית יִשְׂרָאֵל בָּתַר פּוּלְחָנָא דַּיָי׃
3 וַאֲמַר שְׁמוּאֵל לְכָל בֵּית יִשְׂרָאֵל לְמֵימַר אִם בְּכָל לִבְּכוֹן אַתּוּן תָּיְבִין לְפוּלְחָנָא דַּיָי אַעְדּוֹ
יַת טַעֲוַת עַמְמַיָּא מִבֵּינֵיכוֹן וְעַשְׁתְּרָתָא וְאַתְקִינוּ לִבְּכוֹן לְפוּלְחָנָא דַּיָי וּפְלַחוּ קֳדָמוֹהִי
4 בִּלְחוֹדוֹהִי וִישֵׁיזֵיב יַתְכוֹן מִידָא דִפְלִשְׁתָּאֵי׃ וְאַעְדִּיו בְּנֵי יִשְׂרָאֵל יַת בְּעֲלַיָּא וְיַת עַשְׁתְּרָתָא
5 וּפְלַחוּ קֳדָם יְיָ בִּלְחוֹדוֹהִי׃ וַאֲמַר שְׁמוּאֵל כְּנִישׁוּ יַת כָּל יִשְׂרָאֵל לְמִצְפַּיָא וַאֲצַלֵּי עֲלֵיכוֹן
6 קֳדָם יְיָ׃ וְאִתְכְּנִישׁוּ לְמִצְפַּיָא וּשְׁפִיכוּ לִבְּהוֹן בִּתְיוּבְתָּא כְּמַיָּא קֳדָם יְיָ וְצָמוּ בְּיוֹמָא הַהוּא
7 וַאֲמַרוּ תַּמָּן חַבְנָא קֳדָם יְיָ וְדָן שְׁמוּאֵל יַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּמִצְפַּיָא׃ וּשְׁמַעוּ פְלִשְׁתָּאֵי אֲרֵי
אִתְכְּנִישׁוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל לְמִצְפַּיָא וּסְלִיקוּ טוּרְנֵי פְלִשְׁתָּאֵי עַל יִשְׂרָאֵל וּשְׁמַעוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל
8 וּדְחִילוּ מִן קֳדָם פְּלִשְׁתָּאֵי׃ וַאֲמַרוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל לִשְׁמוּאֵל לָא תִשְׁתּוֹק מִנָּנָא מִלְּצַלָּאָה
9 קֳדָם יְיָ אֱלָהָנָא וְיִפְרְקִנָּנָא מִידָא דִפְלִשְׁתָּאֵי׃ וּנְסִיב שְׁמוּאֵל אִמְּרָא דְחֶלְבָּא חַד וְאַסְקֵיהּ
10 עֲלָתָא קֳדָם יְיָ וְצַלִּי שְׁמוּאֵל קֳדָם יְיָ עַל יִשְׂרָאֵל וְקַבֵּיל צְלוֹתֵיהּ יְיָ׃ וַהֲוָה שְׁמוּאֵל מַסִּיק
עֲלָתָא וּפְלִשְׁתָּאֵי אִתְקָרַבוּ לְאַגָּחָא קְרָבָא בְּיִשְׂרָאֵל וְאַכְלִי יְיָ בְּקָל רַב בְּיוֹמָא הַהוּא עַל
11 פְּלִשְׁתָּאֵי וְשַׁגִּישְׁנוּן וְאִתְבְּרוּ קֳדָם יִשְׂרָאֵל׃ וּנְפַקוּ אֱנָשֵׁי יִשְׂרָאֵל מִן מִצְפַּיָא וּרְדַפוּ
12 יַת פְּלִשְׁתָּאֵי וּמְחוֹנוּן עַד מִלְּרַע לְבֵית שָׁרוֹן׃ וּנְסִיב שְׁמוּאֵל אַבְנָא חֲדָא וְשַׁוִּי
בֵּין מִצְפַּיָא וּבֵין שִׁנָּא וּקְרָא יַת שְׁמֵיהּ אֶבֶן סַעֲדָא וַאֲמַר עַד הָכָא
סַעֲדָנָא יְיָ׃

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

CAP. VII.

Et venerunt viri Kirjath Jegharim, & ascendere fecerunt arcã Dñi, & 1
introduxerunt eã ad domũ Abinadab qui in Gibghatha : & Eleghazar
filiũ ejus præfecerunt ad custodiendũ arcã Dñi. Et fuit à die quo man- 2
sit arca in Kirjath Jegharim, & multiplicati sunt dies, & fuerunt viginti
anni, & quieti fuerunt omnis dom⁹ Israel post cultũ Dñi. Et dixit Semuel 3
ad omnẽ domũ Israel dicendo : Si in omni corde vestro vos redeuntes ad
cultũ Dñi, transire facite errorẽ gentiũ de-inter vos & Ghastaratha, &
firmate cor vestrũ *cultui* Dñi, & servite ante eũ in solitudine sua; & libera-
bit vos de manu Pelisthæorũ. Et transire fecerunt filii Israel Baghalaja & 4
Ghastharatha, & servierunt ante Dñm in solitudine suâ. Et dixit Semuel: 5
Congregate omnẽ Israel ad Miszpeia, & orabo super vos ante Dñm. Et 6
congregati sunt ad Miszpeia, & effuderunt cor suũ in pœnitentiâ *ut aquas*
ante Dñm, & jejunaverunt in die illo, & dixerunt ibi : Peccavi-
mus ante Dñm : & judicavit Semuel filios Israel in Miszpeia. Et audierunt 7
Pelisthæi quòd congregati sunt filii Israel in Miszpeia, & ascenderunt ty-
ranni Pelisthæorũ super Israel : & audierunt filii Israel, & timuerunt ab-
ante Pelisthæos. Et dixerunt filii Israel ad Semuel. Ne taceas à nobis ab 8
orando ante Dñm Deũ nostrũ, & eripiat nos de manu Pelisthæorum. Et 9
accepit Semuel agnũ lactis unum, & ascendere fecit holocaustum ante
Dñm: et oravit Semuel ante Dominum super Israel ; et accepit orationẽ
ejus Domin⁹. Et fuit Semuel ascendere faciens holocaustum, et Pelisthæi 10
appropinquarunt ad ineundum bellum in Israel: et sonuit Domin⁹ in voce
magna in die illo super Pelisthæos, et conturbavit eos, et fracti sunt ante
Israel. Et prodierunt homines Israel ex Miszpeia, et insecuti sunt Peli- 11
sthæos, et percusserunt eos usque subtus Beth-Saron. Et accepit Semuel 12
lapidem unum, et posuit inter Miszpeia et inter Sina ; et vocavit
nomen ejus, Lapidem auxilii : et dixit : Huc usque auxiliatus est nobis
Dominus.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܙ * ܘܐܬܘ ܐܢܫܐ ܕܩܘܪܝܬ ܢܥܪܝܢ. ܘܐܣܩܘܗܝ ܠܐܪܘܢܗ ܕܡܪܝܐ. ܘܐܥܠܘܗܝ 1
ܠܒܝܬ ܐܒܝܢܕܒ ܕܒܓܒܥܬܐ. ܘܩܕܫܘܗܝ ܠܐܠܥܙܪ ܒܪܗ. ܘܢܛܪ ܐܪܘܢܗ ܕܡܪܝܐ. * ܘܗܘܐ ܡܢ 2
ܝܘܡܐ ܕܝܬܒ ܐܪܘܢܐ ܒܩܘܪܝܬ ܢܥܪܝܢ. ܘܣܓܝܘ ܝܘܡܬܐ ܘܗܘܝ ܐܝܟ ܫܢܝܢ ܥܣܪܝܢ.
ܘܐܬܦܢܝܘ ܟܠܗܘܢ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܠܒܬܪ ܡܪܝܐ. * ܘܐܡܪ ܫܡܘܐܝܠ ܠܟܠܗ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ. 3
ܐܢ ܒܟܠܗ ܠܒܟܘܢ ܡܬܦܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܘܬ ܡܪܝܐ. ܐܥܒܪܘ ܐܠܗܐ ܢܘܟܪܝܐ ܡܢ
ܒܝܢܬܟܘܢ. ܘܥܫܬܪܬܐ. ܘܐܬܩܢܘ ܠܒܟܘܢ ܠܘܬ ܡܪܝܐ. ܘܦܠܘܚܘܗܝ ܠܗ ܠܒܠܚܘܕܘܗܝ.
ܘܢܦܪܘܩܟܘܢ ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܦܠܫܬܝܐ. * ܘܐܥܒܪܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܒܥܠܐ ܘܥܫܬܪܬܐ. ܘܦܠܚܘ 4
ܠܡܪܝܐ ܠܒܠܚܘܕܘܗܝ. * ܘܐܡܪ ܫܡܘܐܝܠ ܟܢܫܘ ܠܟܠܗ ܐܝܣܪܝܠ ܠܡܨܦܝܐ. ܘܐܨܠܐ 5
ܥܠܝܟܘܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ. * ܘܐܬܟܢܫܘ ܠܡܨܦܝܐ. ܘܡܠܘ ܡܝܐ. ܘܐܫܕܘ ܩܕܡ ܡܪܝܐ. ܘܨܡܘ 6
ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܗܘ. ܘܐܡܪܘ. ܚܛܝܢ ܠܡܪܝܐ. ܘܕܢ ܫܡܘܐܝܠ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܒܡܨܦܝܐ.
* ܘܫܡܥܘ ܦܠܫܬܝܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܡܨܦܝܐ. ܘܣܠܩܘ ܛܪܘܢܐ ܕܦܠܫܬܝܐ 7
ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܫܡܥܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܕܚܠܘ ܡܢ ܩܕܡ ܦܠܫܬܝܐ. * ܘܐܡܪܘ ܒܢܝ 8
ܐܝܣܪܝܠ ܠܫܡܘܐܝܠ. ܠܐ ܬܫܠܐ ܡܢ ܠܡܒܥܐ ܥܠܝܢ ܡܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܕܢܦܪܘܩܢ
ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܦܠܫܬܝܐ. * ܘܢܣܒ ܫܡܘܐܝܠ ܐܡܪܐ ܚܕ ܕܚܠܒܐ. ܘܐܣܩܗ ܠܥܠܬܐ ܓܡܝܪܬܐ 9
ܠܡܪܝܐ. ܘܨܠܝ ܫܡܘܐܝܠ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܥܠ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܥܢܝܗ ܡܪܝܐ. * ܘܗܘܐ ܫܡܘܐܝܠ 10
ܡܣܩ ܥܠܬܐ. ܘܦܠܫܬܝܐ ܩܪܒܘ ܠܡܬܟܬܫܘ ܥܡ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܪܥܡ ܡܪܝܐ ܒܩܠܐ ܪܒܐ
ܒܝܘܡܐ ܗܘ ܥܠ ܦܠܫܬܝܐ. ܘܫܓܫ ܐܢܘܢ. ܘܐܬܬܒܪܘ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܣܪܝܠ. * ܘܢܦܩܘ ܐܢܫܐ 11
ܕܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܡܨܦܝܐ. ܘܪܕܦܘ ܠܦܠܫܬܝܐ ܘܡܚܘ ܐܢܘܢ. ܥܕܡܐ ܠܬܚܬ ܡܢ ܒܝܬ
ܝܫܢ. * ܘܢܣܒ ܫܡܘܐܝܠ ܟܐܦܐ ܚܕܐ. ܘܣܡ ܒܝܢ ܡܨܦܝܐ ܠܒܝܬ ܝܫܢ. ܘܩܪܐ ܫܡܗ. 12
ܟܐܦܐ ܕܥܘܕܪܢܐ. ܘܐܡܪ. ܥܕܡܐ ܠܗܪܟܐ ܥܕܪܢ ܡܪܝܐ.

CAP. VII.

1 VEnerunt ergò cives urbis Naarin, & abducentes arcã Dñi adduxerunt eam in domum Abinadab qui erat in Gebaath, qui conſecravit Eliazar filiũ ſuum, & cuſtodivit arcam Domini. 2 Et factũ eſt à die quo reſedit arca in civitate Naarin, ut multi lapſi eſſent dies, eſſentq; anni circiter viginti, & inclinâſſent omnes Iſraelitæ poſt Dñm. 3 Dixit autẽ Samuel ad omnes Iſraelitas, Si toto corde veſtro convertimini ad Dominum, auferte deos alienos & phana de medio veſtrî, & firmũ habete cor veſtrũ erga Dominũ, eumq; ſolũ colite, & eripiet vos de manu Philiſtæorũ. 4 Abſtulerunt ergò filii Iſrael Baal & phana, ſolumq; Dominum coluerunt. 5 Tum dixit Samuel, Congregate univerſum Iſraelẽ in Maſphia, & orabo pro vobis ad Dominũ. 6 Congregati ſunt igitur in Maſphia, & haurientes aquã effuderunt coram Domino; & jejunantes illo die, dixerunt, Quoniã peccavimꝰ in Dominũ: & judicavit Samuel filios Iſrael in Maſphia. 7 Audientes autẽ Philiſtæi congregatos eſſe filios Iſrael in Maſphia, aſcenderunt tyranni Philiſtæorum contra Iſraelẽ: quod cùm audîſſent Iſraelitæ, timuerunt à conſpectu Philiſtæorũ. 8 Dixeruntque filij Iſrael ad Samuelẽ, Ne ceſſes orare pro nobis ad Dominũ Deũ noſtrũ, ut liberet nos de manu Philiſtæorũ. 9 Et accipiens Samuel agnũ unum lacteũ, obtulit eum holocauſtum integrũ Domino: oravitq; Samuel ad Dominũ pro filiis Iſrael, & exaudivit eũ Dominꝰ. 10 Dum Samuel offerret holocauſtũ, acceſſerunt Philiſtæi ad pugnandũ contra Iſraelẽ. At intonuit Dominꝰ ſonitu elato in die illo adverſùs Philiſtæos, & conturbavit eos, & profligati ſunt corã Iſraele. 11 Et egreſſi Iſraelitæ de Maſphia, perſecuti ſunt Philiſtæos, & interfecerunt eos uſque ad *locum qui eſt* ſub Beth-jaſan. 12 Deinde accipiens Samuel lapidẽ quendam, collocavit eum inter Maſphia & Beth-jaſan, vocavítque nomen ejus, Lapidem auxiliorum: & ait, Hucuſque auxiliatus eſt nobis Dominus.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* الفصل السابع *

1 * فاتي اهل قرية نعران * واصعدوا تابوت الرب * واتوا بها بيت ابي ناداب الذي في جبعا * وافرز
2 العازار ابنه وقدسه * وحفظ تابوت الرب * ومذ يوم ادخل تابوت الرب قرية نعران * وطالت
3 الايام ومضت عشرون سنة * اقبل بنو اسرائيل الي الرب اجمعون * وقال صموال لجميع بني اسرائيل *
ان كنتم تقبلون الي الرب من كل قلوبكم يقينا * اصرفوا عنكم الالهة الغريبة واصنام
الاناث التي تعبدونها سرا * واصلحوا قلوبكم امام الرب واعبدوه وحده * ليخلصكم من ايدي
4 اهل فلسطين * واصرف بنو اسرائيل عنهم بعلا الصنم واصنام الاناث * وعبدوا الرب وحده * وقال 5
6 صموال لجميع آل اسرائيل * ائتوني جميعا الي مصفيا * لاصلي امام الرب في سببكم * واجتمعوا
الي مصفيا * واستقوا ماء ودفقوه امام الرب * وصاموا في ذلك اليوم * وقالوا * لنصوم لانا
7 اذنبنا امام الرب * وحاكم صموال بني اسرائيل في مصفيا * وصعد رؤساء اهل فلسطين الي بني
8 اسرائيل * وسمع بنو اسرائيل * وفزعوا من اهل فلسطين * وقال بنو اسرائيل لصموئيل * لا تغفل
9 ان تصلي امام الله ربنا ان يخلصنا من ايدي اهل فلسطين * واخذ صموال حملا رضيعا *
10 وقربه قربانا للرب * وصلي صموال امام الرب في سبب بني اسرائيل * فاستجاب له الرب * وبينما
صموال يقرب قربانا لله * اذا اهل فلسطين قد اجتمعوا ليحاربوا بني اسرائيل * فاسمع الرب
11 صوتا عاليا لاهل فلسطين * ففزعوا ورجفت قلوبهم * وهزمهم بنو اسرائيل * وخرج بنو اسرائيل
من مصفيا * وحاربوا اهل فلسطين وهدموهم * وقتلوا منهم قتلا كثيرا * وبلغت هزيمتهم
12 الي اسفل بيت ياسان * واخذ صموال صخرة عظيمة * فوضعها بين مصفيا وبين بيت ياسان *
ودعا اسمها حجر النصر * وقال * الي ههنا نصرنا الرب *

CAP. VII.

1 *V*Enerunt itaque cives urbis Naaran, & abducentes arcam Domini intulerunt eam in domum Abinadab qui erat in Gabaa: & is ſecrevit Eliazar filium ſuum, & conſecravit eum, cuſtodivitq; arcam Domini. 2 *Et cùm à die quo introducta fuit arca Domini in urbem Naaran, multi fluxiſſent dies, lapſique eſſent anni viginti, receperunt ſe omnes Iſraelitæ ad Dominum.* 3 *Dixitque Samuel ad omnes Iſraelitas, Si totis cordibus veſtris reverà acceditis ad Dominum, amandate à vobis deos alienos & idola fœminarum quæ clanculùm colitis, & diſponite corda veſtra coram Domino, eumq; ſolum adorate, ut liberet vos de manibus Palæſtinorum.* 4 *Amoverunt ergò filii Iſrael à ſe Baal idolum & ſimulachra fœminarum, ſolumq; Deum coluerunt.* 5 *Rurſum dixit Samuel univerſis Iſraelitis, Venite ad me omnes in Maſphia, ut orem coram Domino cauſâ veſtrî.* 6 *Convenerunt igitur in Maſphia, & haurientes aquam effuderunt eam coram Domino, & jejunaverunt eo die, ac dixerunt, Sanè jejunamus, quia deliquimus coram Domino: & judicavit Samuel filios Iſrael in Maſphia.* 7 *Interim aſcenderunt principes Palæſtinorum ad filios Iſrael: quo filii Iſrael audito, extimuerunt Palæſtinos.* 8 *Et dixerunt filii Iſrael ad Samuelem, Ne ceſſes orare Deum Dominum noſtrum ut eripiat nos de manibus Palæſtinorum.* 9 *Tunc accepit Samuel agnum lactentem, & offerens illum ſacrificium Domino, oravit Samuel Dominum cauſâ filiorum Iſrael, & exaudivit eum Dominus.* 10 *Dumque Samuel offerret ſacrificium Deo, ecce Palæſtini congregati ſunt ad pugnandum contra filios Iſrael. Verùm audire fecit Dominus Palæſtinos fragorem altiſonum, quo perterriti fuerunt, & trepidârunt corda eorum, ita ut fugârint illos Iſraelitæ.* 11 *Nam egreſſi Iſraelitæ è Maſphia, prælium commiſerunt cum Palæſtinis, & deſtruxerunt eos, interfectique fuerunt ex eis cæſi multi; pervenitque fuga eorum uſque ad inferiorem partem Beth-jaſan.* 12 *Tum ſumpto Samuel ingenti lapide poſuit eum inter Maſphia & inter Beth-jaſan, vocavitque nomen ejus, Lapidem adjutorii; dicens, Huc uſque adjuvit nos Dominus.*

terminũ in *venire* ultrà addiderunt non & ,Peliſtim ſe humiliaverũt Et
13 וַיִּכָּנְעוּ הַפְּלִשְׁתִּים וְלֹא־יָסְפוּ עוֹד לָבוֹא בִּגְבוּל
.Semuel diebus omnibus Peliſtim *in* Domini manus fuit & : Iſrael
יִשְׂרָאֵל וַתְּהִי יַד־יְהוָה בַּפְּלִשְׁתִּים כֹּל יְמֵי שְׁמוּאֵל׃
,Iſrael ab Peliſtim *acceperant* quas urbes ſe reddiderũt Et
14 וַתָּשֹׁבְנָה הֶעָרִים אֲשֶׁר לָקְחוּ־פְלִשְׁתִּים מֵאֵת יִשְׂרָאֵל
liberavit earum terminum & ;Gath ad uſque & ,Hecron ab ,Iſraeli
לְיִשְׂרָאֵל מֵעֶקְרוֹן וְעַד־גַּת וְאֶת־גְּבוּלָן הִצִּיל
inter & Iſrael inter pax fuitque : Peliſtim manu de Iſrael
יִשְׂרָאֵל מִיַּד פְּלִשְׁתִּים וַיְהִי שָׁלוֹם בֵּין יִשְׂרָאֵל וּבֵין
.ſuæ vitæ diebus omnibus Iſrael Semuel judicavit Et .Emoræum
15 הָאֱמֹרִי׃ וַיִּשְׁפֹּט שְׁמוּאֵל אֶת־יִשְׂרָאֵל כֹּל יְמֵי חַיָּיו׃
;Miſpah & ,Ghilgal & ,Bethel circuibat & ,*annum in anno ex* ibat Et
16 וְהָלַךְ מִדֵּי שָׁנָה בְּשָׁנָה וְסָבַב בֵּית־אֵל וְהַגִּלְגָּל וְהַמִּצְפָּה
.illis locis omnibus *cum* ,Iſrael, judicabat &
וְשָׁפַט אֶת־יִשְׂרָאֵל אֵת כָּל־הַמְּקוֹמוֹת הָאֵלֶּה׃
judicavit ibi & ;ejus domus ibi quia ,Ramah in *ejus reverſio* Et
17 וּתְשֻׁבָתוֹ הָרָמָתָה כִּי־שָׁם בֵּיתוֹ וְשָׁם שָׁפָט אֶת־
.Domino altare ibi ædificavit & ,Iſrael
יִשְׂרָאֵל וַיִּבֶן־שָׁם מִזְבֵּחַ לַיהוָה׃

CAP. VIII. ח

judices ſuos filios poſuit & ,Semuel ſenuiſſet cùm ,fuit Et
1 וַיְהִי כַּאֲשֶׁר זָקֵן שְׁמוּאֵל וַיָּשֶׂם אֶת־בָּנָיו שֹׁפְטִים
nomen & ,Joel primogeniti ejus filii nomen fuit Et .Iſraeli
2 לְיִשְׂרָאֵל׃ וַיְהִי שֶׁם־בְּנוֹ הַבְּכוֹר יוֹאֵל וְשֵׁם
ambulaverũt non Et .Beerſebah in judices ,Abijah ejus ſecundi
3 מִשְׁנֵהוּ אֲבִיָּה שֹׁפְטִים בִּבְאֵר שָׁבַע׃ וְלֹא־הָלְכוּ
accepeuntque ,avaritiam poſt declinaverunt ſed ,illius viis in ejus filii
בָנָיו בִּדְרָכָיו וַיִּטּוּ אַחֲרֵי הַבָּצַע וַיִּקְחוּ־
ſeniores omnes ſunt congregati Et .judicium perverterunt & ,*munus*
4 שֹׁחַד וַיַּטּוּ מִשְׁפָּט׃ וַיִּתְקַבְּצוּ כֹּל זִקְנֵי
: eum ad dixerunt Et .Ramah in Semuel ad venerunt & ,Iſrael
5 יִשְׂרָאֵל וַיָּבֹאוּ אֶל־שְׁמוּאֵל הָרָמָתָה׃ וַיֹּאמְרוּ אֵלָיו
nunc ;tuis viis in *ambulârunt* non tui filii & ,ſenuiſti tu Ecce
הִנֵּה אַתָּה זָקַנְתָּ וּבָנֶיךָ לֹא הָלְכוּ בִּדְרָכֶיךָ עַתָּה
fuit malum Et .gentes omnes ſicut ,nos judicandũ ad regem nobis *pone*
6 שִׂימָה־לָּנוּ מֶלֶךְ לְשָׁפְטֵנוּ כְּכָל־הַגּוֹיִם׃ וַיֵּרַע
,regem nobis Da : dixerunt quando ,Semuel oculis in verbum
הַדָּבָר בְּעֵינֵי שְׁמוּאֵל כַּאֲשֶׁר אָמְרוּ תְּנָה־לָּנוּ מֶלֶךְ
Dixitque .Dominum ad Semuel oravit & : nos *judicandum ad*
7 לְשָׁפְטֵנוּ וַיִּתְפַּלֵּל שְׁמוּאֵל אֶל־יְהוָה׃ וַיֹּאמֶר
quæ omnibus in populi *voce in* Audi : Semuel ad Dominus
יְהוָה אֶל־שְׁמוּאֵל שְׁמַע בְּקוֹל הָעָם לְכֹל אֲשֶׁר־
,*faſtidierunt* me ſed ,*faſtidierunt* te non quia : te ad dicent
יֹאמְרוּ אֵלֶיךָ כִּי לֹא אֹתְךָ מָאָסוּ כִּי־אֹתִי מָאֲסוּ
die à fecerunt quæ opera omnia Juxta .eos ſuper *regnando à*
8 מִמְּלֹךְ עֲלֵיהֶם׃ כְּכָל־הַמַּעֲשִׂים אֲשֶׁר־עָשׂוּ מִיּוֹם
,me dereliquerũt & ,hanc diem ad uſq; & Ægypto ex eos *me facere aſcẽdere*
הַעֲלֹתִי אֹתָם מִמִּצְרַיִם וְעַד־הַיּוֹם הַזֶּה וַיַּעַזְבֻנִי
.tibi etiam *facientes* ipſi ſic : alienis diis ſervierunt &
וַיַּעַבְדוּ אֱלֹהִים אֲחֵרִים כֵּן הֵמָּה עֹשִׂים גַּם־לָךְ׃
fueris conteſtatus conteſtando *cùm* veruntamen : eorũ *voce in* audi nunc Et
9 וְעַתָּה שְׁמַע בְּקוֹלָם אַךְ כִּי־הָעֵד תָּעִיד
eſt regnaturus qui ,regis *rationem* eis indicabis & ,eos *in*
בָּהֶם וְהִגַּדְתָּ לָהֶם מִשְׁפַּט הַמֶּלֶךְ אֲשֶׁר יִמְלֹךְ
populum ad Domini verba omnia Semuel Dixitque .eos ſuper
10 עֲלֵיהֶם׃ וַיֹּאמֶר שְׁמוּאֵל אֵת כָּל־דִּבְרֵי יְהוָה אֶל־הָעָם
.regem eo *cum à petentes*
הַשֹּׁאֲלִים מֵאִתּוֹ מֶלֶךְ׃

Verſio VULG. LAT.

13 Et humiliati ſunt Philiſthiim, nec appoſuerunt ultrà
ut venirent in terminos Iſrael. Facta eſt itaque manus
Domini ſuper Philiſthæos,
14 cunctis diebus Samuelis. Et
redditæ ſunt urbes, quas tulerant
Philiſthiim ab Iſrael,
Iſraeli, ab Accaron uſq; Geth,
& terminos ſuos: liberavítq;
Iſrael de manu Philiſthinorum,
erátque pax inter Iſrael
15 & Amorrhæum. Judicabat
quoque Samuel Iſraelem cunctis
16 diebus vitæ ſuæ: Et ibat
per ſingulos annos circuiens
Bethel & Galgala & Maſphath,
& judicabat Iſraelem
17 in ſupradictis locis. Revertebatúrque
in Ramatha: ibi
enim erat domus ejus, & ibi
33 אחתיה׃ וכען לא ישוי רבוני מלכא על ליביה פתגמא למימר כל בני מלכא מיתו אלהין
34 אמנון בלחודוהי מית׃ וערק אבשלום וזקף עולמא סכואה ית עינוהי וחזא והא עם
35 סגי אתן מאורח מאחורוהי מסטר טורא׃ ואמר יונדב למלכא הא בני מלכא
אתו כפתגמא דעבדך כן הוה׃

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

21 Et rex David audivit omnia verba hæc, & ira fuit illi nimis. 22 Et non locutus eſt Abſalom cum Amnon à malo uſque ad bonum; nam odiit Abſalom Amnon propter cauſam quòd oppreſſiſſet Thamar ſororem ſuam. 23 Et fuit poſt tempus duorum annorum, fuerunt tonſores Abſalom in planicie Hhaſzor apud domum Ephraim, & invitavit Abſalom omnes filios regis. 24 Et ingreſſus eſt Abſalom ad regem, & dixit, Ecce nunc ſunt tonſores ſervo tuo; & vadat quæſo rex, & ſervi ejus cum ſervo tuo. 25 Et dixit rex ad Abſalom, Non fili mi, ne nunc eam⁹ omnes nos, & ne ingraveſcamus ſuper te: & inſtitit in illum; & non voluit ire, ſed benedixit illi. 26 Et dixit Abſalom, Et non ibit quæſo nobiſcū Amnon frater meus? & dixit illi rex, Ad quid ibit tecum? 27 Et invaluit in illum Abſalom, & miſit cum eo Amnon & omnes filios regis. 28 Et juſſit Abſalom adoleſcentibus ſuis, dicendo: Videte quæſo, quando jucundum erit cor Amnon in vino, & dicam vobis, Occidite Amnon, & occidetis illum, non timebitis; nónne quòd ego juſſi vobis? roboramini & eſtote in robuſtos viros. 29 Et fecerunt adoleſcentes Abſalom Amnoni, quemadmodum juſſerat Abſalom: & ſurrexerunt omnes filii regis, & equitārunt quiſque ſuper mulum ſuum, & verterunt terga. 30 Et fuit dum adhuc eſſent illi in via, rumor venit ad David, dicendo: Occidit Abſalom omnes filios regis, & non relictus eſt ex illis unus. 31 Et ſurrexit rex & ſcidit veſtimenta ſua, & cubuit ſuper terram, & omnes ſervi ejus ſtabant ſcindentes veſtes ſuas. 32 Et reſpondit Jonadab filius Simghah fratris ipſius David, & dixit, Non dicat rex, omnes adoleſcentes filios regis occiderunt, ſed Amnon ipſe ſolus mortuus eſt; quia in corde Abſalom erat inſidiatio, à die quo oppreſſit Thamar ſororem ſuam. 33 Et nunc non ponat dominus meus rex ſuper cor ſuum verbum, dicendo: omnes filii regis mortui ſunt, ſed Amnon ipſe ſolus mortuus eſt. 34 Et fugit Abſalom & levavit adoleſcens circumſpector oculos ſuos, & vidit, & ecce populus multus veniebant ex via de-poſt eum de latere montis. 35 Et dixit Jonadab regi, Ecce filii regis veniunt; ſecundùm verbum ſervi tui ſic fuit.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

* ܘܕܘܝܕ ܡܠܟܐ. ܫܡܥ ܟܠܗܘܢ ܡ̈ܠܐ ܗܠܝܢ. ܘܐܬܟܪܝ ܠܗ ܛܒ. * ܘܠܐ ܐܡܪ ܐܒܫܠܘܡ 21
ܠܐܡܢܘܢ . ܠܐ ܛܒܬܐ. ܘܠܐ ܒܝܫܬܐ. ܡܛܠ ܕܣܢܝܗܝ ܐܒܫܠܘܡ ܠܐܡܢܘܢ. ܥܠ ܕ 22
ܛܢܦܗ ܠܬܡܪ ܚܬܗ. * ܘܒܬܪ ܫ̈ܢܝܢ ܬܪ̈ܬܝܢ ܗܘܘ ܓܙܘܙܐ ܠܐܒܫܠܘܡ ܒܒܥܠܚܨܘܪ ܕܒܓܒ ܐܦܪܝܡ. 23
ܘܩܪܐ ܐܒܫܠܘܡ ܠܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ ܡܠܟܐ. * ܘܐܬܐ ܐܒܫܠܘܡ ܠܘܬ ܡܠܟܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ. 24
ܓܙܘܙܐ ܐܝܬ ܠܥܒܕܟ. ܢܐܙܠ ܡܠܟܐ ܘܥܒ̈ܕܘܗܝ ܥܡ ܥܒܕܟ. * ܐܡܪ ܠܗ. ܠܐ ܒܪܝ. ܠܐ ܢܐܙܠ 25
ܟܠܢ. ܕܠܐ ܢܝܩܪ ܥܠܝܟ. ܘܐܠܨܗ. ܘܠܐ ܨܒܐ ܕܢܐܙܠ ܥܡܗ. ܘܒܪܟܗ. * ܐܡܪ ܠܗ ܐܒܫܠܘܡ 26
ܘܐܢ ܕܠܐ . ܢܐܙܠ ܥܡܢ ܐܡܢܘܢ ܐܚܝ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܠܡܢܐ ܢܐܙܠ ܥܡܟ. * ܘܐܠܨܗ 27
ܐܒܫܠܘܡ . ܘܫܕܪ ܥܡܗ ܠܐܡܢܘܢ. ܘܠܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ ܡܠܟܐ. * ܘܦܩܕ ܐܒܫܠܘܡ 28
ܠܥܒ̈ܕܘܗܝ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܡܐ ܕܫܦܪ ܠܒܗ ܕܐܡܢܘܢ ܒܚܡܪܐ. ܘܐܡܪܬ ܠܟܘܢ. ܩܛܠܘܗܝ
ܠܐܡܢܘܢ. ܘܡܝܬܘܗܝ. ܘܠܐ ܬܕܚܠܘܢ. ܐܢܐ ܗܘ ܦܩܕܬܟܘܢ. ܐܬܚܝܠܘ. ܘܗܘܘ ܓܒ̈ܪܐ.
* ܘܥܒܕܘ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܐܒܫܠܘܡ. ܐܝܟܢܐ ܕܦܩܕ ܐܢܘܢ ܐܒܫܠܘܡ. ܘܩܡܘ ܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ 29
ܡܠܟܐ . ܘܪܟܒܘ ܓܒܪ ܥܠ ܟܘܕܢܝܗ. ܘܥܪܩܘ. * ܘܟܕ ܐܢܘܢ ܒܐܘܪܚܐ . ܫܡܥܐ ܐܬܐ 30
ܠܕܘܝܕ. ܕܩܛܠ ܠܗܘܢ ܐܒܫܠܘܡ ܠܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ ܡܠܟܐ . ܘܠܐ ܐܫܬܚܪ ܡܢܗܘܢ ܐܢܫ.
* ܘܩܡ ܡܠܟܐ. ܘܨܪܐ ܠܡܐܢ̈ܘܗܝ. ܘܕܡܟ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܟܠܗܘܢ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܩܝܡܝܢ. ܟܕ 31
ܡܨܪܝܢ ܠܡܐܢ̈ܝܗܘܢ. * ܘܥܢܐ ܝܘܢܕܒ ܒܪ ܫܡܥܐ ܐܚܘܗܝ ܕܕܘܝܕ. ܘܐܡܪ. ܠܐ ܢܣܒܪ ܡܪܝ 32
ܡܠܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ ܡܠܟܐ ܡܝܬܘ. ܡܛܠ ܕܐܡܢܘܢ. ܗܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܡܝܬ. ܣܝܡܐ
ܗܘܬ ܒܪܥܝܢܗ ܕܐܒܫܠܘܡ. ܡܢ ܝܘܡܐ ܕܛܢܦ ܠܬܡܪ ܚܬܗ. * ܘܗܫܐ ܠܐ ܢܣܒܪ 33
ܡܪܝ ܡܠܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒ̈ܢܝ ܡܠܟܐ ܡܝܬܘ. ܡܛܠ ܕܐܡܢܘܢ. ܗܘ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܡܝܬ.
* ܘܥܪܩ ܠܗ ܐܒܫܠܘܡ. ܘܐܪܝܡ ܕܘܩܐ ܥܝ̈ܢܘܗܝ. ܘܚܙܐ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ ܕܐܬܝܢ ܒܐܘܪܚܐ 34
ܡܢ ܓܢܒܐ ܕܛܘܪܐ. * ܘܐܡܪ ܠܗ ܝܘܢܕܒ ܠܡܠܟܐ. ܗܐ ܒ̈ܢܝ ܡܠܟܐ ܐܬܘ. ܐܝܟ ܕܐܡܪ 35
ܥܒܕܟ . ܗܟܢܐ ܗܘܐ.

David etiam rex omnibus hiſce rebus auditis, 21
ægrè admodum tulit. Abiſalom verò nihil 22
boni vel mali dicebat Hamnoni; oderat enim
Abiſalom Hamnonem, eò quòd ſtupráſſet
Thamarem ſororem ſuam. Poſt biennium 23
verò habuit Abiſalom tonſores in Beelhaſor
quæ eſt contermina Aphremo, & invitavit
Abiſalom omnes filios regis: Tum veniens 24
Abiſalom ad regem ait illi, Tonſores habet
ſervus tuus, eat rex & ſervi ejus cum ſervo
tuo. Dixit ad eum, Nequaquam fili mi, ne 25
eamus omnes, ne gravemus te: & licèt urſiſſet
eum, noluit tamen ire cum illo, ſed benedixit
ei. Ait illi Abiſalom, Quandoquidem 26
non *venis*, eat mecum Hamnon frater meus.
Dixit ad eum rex; Quorſum tecum iret? Sed 27
inſtante Abiſalome, miſit cum eo Hamnonem
& omnes filios regis. Præceperat autem 28
Abiſalom ſervis ſuis, & dixerat eis; Cùm
exhilaratus fuerit animus Hamnonis vino, &
dixero vobis, percutite Hamnonem, & interficite
eum, & ne timeatis; ego enim præcipio
vobis, confortamini & eſtote viri. Facientibus 29
itaque ſervis Abiſalomis quemadmodum
præceperat eis Abiſalom, ſurrexerunt
omnes filii regis, & conſcendentes quilibet
mulum ſuum aufugerunt. Dum ipſi 30
eſſent in via, pervenit rumor ad Davidem
quòd interfeciſſet Abiſalom cunctos filios
regis, & neminem ex eis reliquiſſet. Quapropter 31
ſurgens rex laceravit veſtimenta ſua,
& jacuit humi, cunctis ſervis ejus aſtantibus,
laceratis veſtimentis. Reſpondens autem 32
Jonadab filius Sammæ fratris Davidis, ait;
Ne putet dominus meus rex omnes filios regis
mortuos eſſe; nam Hamnon ipſe ſolus
mortuus eſt: propoſitum quippe hoc erat in
animo Abiſalomis ab eo die quo ſtupraverat
Thamarem ſororem ejus. Nunc ergò ne 33
putet dominus meus rex mortuos eſſe omnes
filios regis; nam Hamnon ipſe ſolus mortuus
eſt. Interim fúgit Abiſalom. Speculator 34
verò ſublatis oculis vidit multos homines venientes
in via à latere montis. Dixit Jonadab 35
regi, Ecce filii regis veniunt: quemadmodum
dixit ſervus tuus, ita factum eſt.

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* وسمع داود الملك بهذا الخبر* وسىء عليه جدا* فاما ابيسالوم فلم يقل لامنون خيرا ولا 21 22
شرا* لان ابيسالوم ابغض امنون بغضا شديدا لاجل فضح تامار اخته* وكان ابيسالوم كل 23
سنة يجز غنمه في بعلحاصور التي في حد افرام* ودعي ابيسالوم جميع بني الملك* ثم اتى 24
الي الملك وقال له* لعبدك قوم يجزون غنمه* احب ان يحملني الملك هو واخوتي* قال له لا 25
نريد يا بني* لا ناتيك كلنا لئلا يثقل عليك الامر وطلب ابيسالوم الي الملك فلم يجبه لكنه
دعي له* ثم قال ابيسالوم* فان كنت انت لا تجي* فمر امنون اخي ان ينطلق معي* قال 26
له الملك* ما حاجتك الي هذا* فطلب ابيسالوم الي ابيه* وارسل معه امنون وجميع بني الملك* 27
* وامر ابيسالوم عبيده وقال لهم* اذا شرب امنون وطابت نفسه وامرتكم* فاضربوا امنون 28
واقتلوه* ولا تخافوا* انا امرتكم* تقووا وكونوا رجالا* وفعل عبيد ابيسالوم كما امرهم* فلما 29
قتل امنون وثب جميع بني الملك* وركب كل امرء منهم وهرب* وبينما هم في الطريق اذا 30
جاء الخبر الي داود ان ابيسالوم قتل جميع بني الملك* ولم يبق منهم احد* فقام الملك 31
قايما* ومزق ثيابه* وجلس على الارض* وقام عبيده بين يديه ممزقين الثياب* وكلم يوناداب 32
بن سما اخي داود الملك* وقال له* لا يظن سيدي ان جميع بني الملك قتلوا* ولكن انما
قتل امنون وحده* لان هذا كان في راي ابيسالوم مذ يوم فضح تامار اخته* والان لا يظن 33
الملك ان جميع بنيه قتلوا* بل انما كان على ما اخبرتك* وقد هرب ابيسالوم* فنظر الديدبان 34
الي الطريق* فراي قوما كثيرين يجيون من ناحية الجبل* فقال يوناداب للملك* قد جاوا 35
بنو الملك كلهم* وانما كان الامر على ما اخبرتك انا عبدك ايها الملك*

David autem rex hunc audivit rumorem, 21
et diſplicuit ei vehementer. At verò 22
Abiſalom nihil boni vel mali dicebat
Amnoni, quoniam Abiſalom vehementi odio
proſequebatur Amnonem, quòd Thamarem
ſororem ſuam violáſſet. Solebat 23
autem Abiſalom oves ſuas tondere quotannis
in Baalhaſor quæ eſt in finibus Aphrem:
quare invitatis Abiſalom cunctis
filiis regis, Adivit poſtremò regem, et ait 24
illi; Habet ſervus tuus homines qui tondent
oves ejus, velim ſaveat mihi tum
rex ipſe, tum fratres mei. Dixit ad eum, 25
Nolumus fili mi; non ibimus ad te omnes,
ne grave tibi ſit negotium: inſtitit tamen
Abiſalom regi, at non annuit ei, ſed bene
precatus eſt illi. Tum dixit Abiſalom, 26
Quòd ſi tu minimè venias, præcipe quæſo
Amnoni fratri meo ut abeat mecum.
Ait illi rex, Quorſum hoc? Verùm Abi- 27
ſalome patrem ſuum efflagitante, miſit
cum illo Amnonem & omnes filios regis.
Deinde juſſit Abiſalom ſervis ſuis, et dixit 28
eis; Cùm biberit Amnon, hilarique
fuerit animo, & præcepero vobis, percutite
Amnonem, et occidite eum, et ne metuatis:
ego præcipio vobis: forti ac virili
ſitis animo. Fecerunt itaque ſervi Abi- 29
ſalomis quemadmodum mandaverat eis:
cúmque interfectus fuiſſet Amnon, proſilientes
omnes filii regis, & conſcendens
quilibet eorum jumentum ſuum, *aufugerunt.*
Dúmque eſſent in itinere, ecce per- 30
venit fama ad Davidem quòd Abiſalom
trucidâſſet omnes filios regis, nemine ex
eis ſuperſtite relicto. Stetit illicò rex pe- 31
dibus, ſciſſiſque veſtibus ſuis humi conſedit,
ſteterúntque ſervi ejus coram ipſo
ſciſſis veſtibus. Tum Jonadab filius 32
Sammæ fratris Davidis regem allocutus
ait illi, Ne arbitretur dominus meus omnes
filios regis interfectos eſſe, ſed Amnon
quidem ſolus interfectus eſt: hoc enim erat
in mente Abiſalomis à die quo violavit
Thamarem ſororem ejus. Ne arbi- 33
tretur itaque rex omnes filios ſuos eſſe
peremptos ſed proculdubiò res habet prout
narravi tibi. Intereà fugit Abiſalom. 34
Speculator autem viam explorans, vidit
turbam multam venientem ex parte montis.
Et dixit Jonadab regi, Jam vene- 35
runt omnes filii regis, & certiſſimè res
habet quemadmodum expoſui tibi ego
ſervus tuus, O rex.

שמואל ב: יד

venerunt regis filii ecce & , loqui *cum consummare circa* , fuit Et
36 וַיְהִי כְּכַלֹּתוֹ לְדַבֵּר וְהִנֵּה בְנֵי־הַמֶּלֶךְ בָּאוּ
ejus servi omnes & , rex etiam & :fleverunt &,suam vocem levaverunt &
וַיִּשְׂאוּ קוֹלָם וַיִּבְכּוּ וְגַם־הַמֶּלֶךְ וְכָל־עֲבָדָיו
Thalmai ad abiit & ,fugit Absalom Et .valde magno fletu fleverunt
37 בָּכוּ בְּכִי גָּדוֹל מְאֹד׃ וְאַבְשָׁלוֹם בָּרַח וַיֵּלֶךְ אֶל־תַּלְמַי
.diebus omnib⁹ suũ filiũ super luxit & :Ghesur regem Hammichud filiũ
בֶּן־עַמִּיחוּר מֶלֶךְ גְּשׁוּר וַיִּתְאַבֵּל עַל־בְּנוֹ כָּל־הַיָּמִים׃
.annis tribus ibi fuit & , Ghesur abiit & , fugit Absalom Et
38 וְאַבְשָׁלוֹם בָּרַח וַיֵּלֶךְ גְּשׁוּר וַיְהִי־שָׁם שָׁלֹשׁ שָׁנִים׃
fuerat consolat⁹ quia ; Absalom *ad* egredi regis David *cessavit* Et
39 וַתְּכַל דָּוִד הַמֶּלֶךְ לָצֵאת אֶל־אַבְשָׁלוֹם כִּי־נִחַם
.esset mortuus quòd Amnon super
עַל־אַמְנוֹן כִּי־מֵת׃

CAP. XIV. יד

.Absalom *super* regis cor quòd ,Serujah filius Joab cognovit Et
1 וַיֵּדַע יוֹאָב בֶּן־צְרֻיָה כִּי־לֵב הַמֶּלֶךְ עַל־אַבְשָׁלוֹם׃
dixit & ,sapientem mulierem inde *cepit* & ,Tecohah in Joab misit Et
2 וַיִּשְׁלַח יוֹאָב תְּקוֹעָה וַיִּקַּח מִשָּׁם אִשָּׁה חֲכָמָה וַיֹּאמֶר
, *luctus* vestimentis *nunc* te indue & ,*nunc* luctum fer te Præ : eam ad
אֵלֶיהָ הִתְאַבְּלִי־נָא וְלִבְשִׁי־נָא בִגְדֵי־אֵבֶל
lugens multis diebus jam mulier veluti sis & ,oleo te ungas ne &
וְאַל־תָּסוּכִי שֶׁמֶן וְהָיִית כְּאִשָּׁה זֶה יָמִים רַבִּים מִתְאַבֶּלֶת
verbũ juxta eum ad loquêris & ,regem ad ingrediêris Et .mortuum super
3 עַל־מֵת׃ וּבָאת אֶל־הַמֶּלֶךְ וְדִבַּרְתְּ אֵלָיו כַּדָּבָר
mulier dixit Et .ejus ore in verba Joab posuit & : hoc
4 הַזֶּה וַיָּשֶׂם יוֹאָב אֶת־הַדְּבָרִים בְּפִיהָ׃ וַתֹּאמֶר הָאִשָּׁה
,se incurvavit &,terram in *suas facies* super cecidit & ,regem ad Tecohitis
הַתְּקֹעִית אֶל־הַמֶּלֶךְ וַתִּפֹּל עַל־אַפֶּיהָ אַרְצָה וַתִּשְׁתָּחוּ
: dixit & ? tibi Quid : rex ei dixit Et .rex Serva : dixit &
5 וַתֹּאמֶר הוֹשִׁעָה הַמֶּלֶךְ׃ וַיֹּאמֶר־לָהּ הַמֶּלֶךְ מַה־לָּךְ וַתֹּאמֶר
tuæ ancillæ Et .meus vir est mortuus &, *ego* vidua mulier Profectò
6 אֲבָל אִשָּׁה־אַלְמָנָה אָנִי וַיָּמָת אִישִׁי׃ וּלְשִׁפְחָתְךָ
: eos *inter eruens* non & , agro in ipsi ambo sunt rixati & ; filii duo
שְׁנֵי בָנִים וַיִּנָּצוּ שְׁנֵיהֶם בַּשָּׂדֶה וְאֵין מַצִּיל בֵּינֵיהֶם
surrexit ecce Et .eum occîdit & , *unum* unus *eum* percussit &
7 וַיַּכּוּ הָאֶחָד אֶת־הָאֶחָד וַיָּמֶת אֹתוֹ׃ וְהִנֵּה קָמָה
percussorem Da : dixerunt & , tuam ancillam *super* familia tota
כָל־הַמִּשְׁפָּחָה עַל־שִׁפְחָתֶךָ וַיֹּאמְרוּ תְּנִי אֶת־מַכֵּה
; occidit quem , sui fratris *anima in* eum interficiamus & , sui fratris
אָחִיו וּנְמִתֵהוּ בְּנֶפֶשׁ אָחִיו אֲשֶׁר הָרָג
,est relicta quæ,meam prunam extinguent & :hæredem etiam disp̃damus &
וְנַשְׁמִידָה גַּם אֶת־הַיּוֹרֵשׁ וְכִבּוּ אֶת־גַּחַלְתִּי אֲשֶׁר נִשְׁאָרָה
.terræ *facies* super residuum & ,nomen meo viro *ponere non ad*
לְבִלְתִּי שׂוּם־לְאִישִׁי שֵׁם וּשְׁאֵרִית עַל־פְּנֵי הָאֲדָמָה׃
jubebo ego & ; tuam domum in Vade : mulierem ad rex dixit Et
8 וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ אֶל־הָאִשָּׁה לְכִי לְבֵיתֵךְ וַאֲנִי אֲצַוֶּה
: regem ad Tecohitis mulier Dixitque .te *super*
9 עָלָיִךְ׃ וַתֹּאמֶר הָאִשָּׁה הַתְּקוֹעִית אֶל־הַמֶּלֶךְ
rex & : mei patris domũ super & ,*perversitas* rex mi domine me Super
עָלַי אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ הֶעָוֺן וְעַל־בֵּית אָבִי וְהַמֶּלֶךְ
te *ad* Loquentem : rex Dixitque .innocens ejus thronus &
10 וְכִסְאוֹ נָקִי׃ וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ הַמְדַבֵּר אֵלַיִךְ
: dixit Et .te *in tangere* ultrà addet non & ,me ad eum adduc &
11 וַהֲבֵאתוֹ אֵלַי וְלֹא־יֹסִיף עוֹד לָגַעַת בָּךְ׃ וַתֹּאמֶר
redemptorem multiplicando à , sui Dei DOMINI rex *nunc* Recordetur
יִזְכָּר־נָא הַמֶּלֶךְ אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ מֵהַרְבַּית גֹּאֵל
Vivit , dixit & : meũ filium disperdant non & ,*corrumpendum* ad sanguinis
הַדָּם לְשַׁחֵת וְלֹא יַשְׁמִידוּ אֶת־בְּנִי וַיֹּאמֶר חַי־
.terram in tui filii *crine* de ceciderit si , DOMINUS
יְהוָה אִם־יִפֹּל מִשַּׂעֲרַת בִּנְךָ אַרְצָה׃

Versio VULG. LAT.

36 Cúmque cessâsset loqui, apparuerunt & filii regis: & intrantes levaverunt vocem suam, & fleverunt: sed & rex & omnes servi ejus fleverũt ploratu magno nimis. 37 Porrò Absalom fugiens, abiit ad Tholomai filiũ Ammiud regem Gessur. Luxit ergò David filium suũ cunctis 38 diebus. Absalom autem cùm fugisset, & venisset in Gessur, 39 fuit ibi tribus annis. Cessavítque rex David persequi Absalom, eò quòd consolatus esset super Amnon interitu.

CAP. XIV.

1 INtelligens autem Joab filius Saruiæ, quòd cor regis versum 2 esset ad Absalom, Misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem : dixítque ad eam ; Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne ungaris oleo, ut sis quasi mulier jam plurimo tempore lugens mortuũ: 3 Et ingrediêris ad regem, & loquêris ad eum sermones hujuscemodi. Posuit autẽ Joab ver4 ba in ore ejus. Itaque cùm ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, & adoravit, & di5 xit; Serva me rex. Et ait ad eam rex, Quid causæ habes ? Quæ respondit ; Heu, mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir 6 meus. Et ancillæ tuæ erant duo filii: qui rixati sunt adversùm se in agro, nullúsque erat qui eos prohibere posset : & percussit alter alterũ, & interfecit eum. 7 Et ecce consurgens universa cognatio adversùm ancillã tuam, dicit ; Trade eum qui percussit fratrem suum, ut occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, & deleamus hæredem : & quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est, ut non supersit viro meo nomen, & reliquiæ super 8 terram. Et ait rex ad mulierem ; Vade in domum tuam, 9 & ego jubebo pro te. Dixítque mulier Thecuitis ad regẽ ; In me, domine mi rex, sit iniquitas, & in domum patris mei : rex autem & thronus e10 jus sit innocens. Et ait rex ; Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & ultrà non addet 11 ut tangat te. Quæ ait ; Recordetur rex Domini Dei sui, ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum, & nequaquàm interficiant filium meum. Qui ait ; Vivit Dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Translatione LATINA.

36 Καὶ ἐγένετο ἡνίκα συνετέλεσε λαλῶν, ϗ ἰδοὺ οἱ υἱοὶ τοῦ βασιλέως ἦλθον, ϗ ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν ϗ ἔκλαυσαν, καί γε ὁ βασιλεὺς ϗ πάντες οἱ παῖδες αὐτοῦ ἔκλαυσαν κλαυθμὸν μέγαν σφόδρα. 37 Καὶ Ἀβεσσαλὼμ ἔφυγε, ϗ ἐπορεύθη πρὸς (ε) Θολμὶ υἱὸν Ἐμιοὺδ βασιλέα Γεδσοὺρ εἰς γῆν (ζ) Χαμααχάδ. ϗ (η) ἐπένθησεν ὁ βασιλεὺς Δαυὶδ ἐπὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας. 38 (θ) Καὶ Ἀβεσσαλὼμ ἀπέδρα, ϗ ἐπορεύθη εἰς Γεδσοὺρ, ϗ ἦν ἐκεῖ 39 ἔτη τρία. Καὶ ἐκόπασεν (ι) ὁ βασιλεὺς Δαυὶδ τοῦ ἐξελθεῖν [illegible] Ἀβεσσαλὼμ, ὅτι παρεκλήθη ἐπὶ Ἀμνὼν, ὅτι ἀπέθανε.

MS.A. (ε) Θολομαὶ (ζ) Μαχάδ. (η) ἐπένθησεν Δαυὶδ ἐπὶ (θ) Καὶ ἀπέδρα Ἀβεσσαλὼμ, ϗ (ι) Δαυὶδ ὁ βασιλεὺς τοῦ

ΚΕΦ. ιδ'.

1 Καὶ ἔγνω Ἰωὰβ υἱὸς Σαρουίας ὅτι ἡ καρδία τοῦ βασιλέως ἐπὶ Ἀβεσσαλώμ. Καὶ ἀπέστειλεν Ἰωὰβ εἰς Θεκωὲ, ϗ ἔλαβεν ἐκεῖθεν 2 γυναῖκα σοφὴν, ϗ εἶπε πρὸς αὐτὴν, Πένθησον δὴ, ϗ ἔνδυσαι ἱμάτια πενθικὰ, ϗ μὴ ἀλείψῃ ἔλαιον, ϗ ἔσῃ ὡς (α) γυνὴ πενθοῦσα ἐπὶ τεθνηκότι τοῦτο ἡμέρας (β) πολλὰς, 3 Καὶ ἐλεύσῃ πρὸς τὸν βασιλέα, ϗ λαλήσεις πρὸς αὐτὸν κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο. ϗ ἔθηκεν Ἰωὰβ 4 τοὺς λόγους (γ) ἐν τῷ στόματι αὐτῆς. Καὶ εἰσῆλθεν ἡ γυνὴ ἡ Θεκωῖτις πρὸς τὸν βασιλέα, ϗ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτῆς (δ) εἰς τὴν γῆν, ϗ προσεκύνησεν (ε) αὐτῷ, ϗ εἶπε, Σῶ5 σον βασιλεῦ, σῶσον. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν ὁ βασιλεὺς, Τί ἐστί σοι; ἡ δὲ εἶπε, Καὶ μάλα γυνὴ χήρα ἐγώ εἰμι, ϗ ἀπέθανεν ὁ ἀνήρ 6 μου. Καί γε τῇ δούλῃ σου δύο υἱοὶ, ϗ ἐμαχέσαντο ἀμφότεροι ἐν τῷ ἀγρῷ, ϗ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος ἀναμέσον αὐτῶν· ϗ (ζ) ἔπαισεν ὁ εἷς τὸν ἕνα ἀδελφὸν αὐτοῦ, ϗ ἐθανάτωσεν 7 αὐτόν. Καὶ ἰδοὺ ἐπανέστη ὅλη ἡ πατριὰ πρὸς τὴν δούλην σου, ϗ εἶπαν, Δὸς τὸν παίσαντα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ϗ θανατώσομεν αὐτὸν ἀντὶ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ οὗ ἀπέκτεινε, ϗ ἐξαροῦμεν καί γε τὸν κληρονόμον ὑμῶν. ϗ σβέσουσι τὸν ἄνθρακά μου τὸν καταλειφθέντα, ὥστε μὴ θέσθαι τῷ ἀνδρί (η) μου κατάλειμμα 8 ϗ ὄνομα ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς. Καὶ εἶπεν ὁ (θ) βασιλεὺς πρὸς τὴν γυναῖκα, Ὑγιαίνουσα βάδιζε εἰς τὸν οἶκόν σου, κἀγὼ ἐντελοῦμαι 9 περὶ σοῦ. Καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ ἡ Θεκωῖτις πρὸς τὸν βασιλέα, Ἐπ' ἐμὲ, κύριέ μου βασιλεῦ, ἡ ἀνομία ϗ (ι) ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, 10 ϗ ὁ βασιλεὺς ϗ ὁ θρόνος αὐτοῦ ἀθῷος. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς, Τίς ὁ λαλῶν πρὸς σὲ, ϗ ἄξεις αὐτὸν πρὸς ἐμὲ, ϗ (κ) οὐ προσθήσει ἔτι 11 ἅψασθαι αὐτοῦ; Καὶ εἶπεν, Μνημονευσάτω δὴ ὁ βασιλεὺς τὸν κύριον θεὸν αὐτοῦ (λ) πληθυνθῆναι ἀγχιστέα τοῦ αἵματος τοῦ διαφθεῖραι, ϗ οὐ μὴ ἐξάρωσι τὸν υἱόν μου. ϗ εἶπε, Ζῇ κύριος, εἰ (μ) πεσεῖται ἀπὸ τῆς τριχὸς τοῦ υἱοῦ σου ἐπὶ τὴν γῆν.

MS. A. (α) γυνὴ τοῦτο (β) πολλὰς πενθοῦσα ἐπὶ τεθνηκότι, Καὶ (γ) εἰς τὸ στόμα αὐτῆς. (δ) ἐπὶ τὴν (ε) αὐτῷ, * σῶσον βασιλεῦ, σῶσον. (ζ) ἔπαισεν εἷς (η) μου ὄνομα ϗ * λῆμμα ἐπὶ (θ) βασιλεὺς, Ὑγιαίνουσα (ι) ἐπὶ οἶκον (κ) οὐ μὴ προσθήσει (λ) πληθῦναι (μ) πεσεῖται τῆς

Et factum est, postquàm consummavit loquens; & ecce filii regis venerunt: & elevaverunt vocem suam, & ploraverunt: & etiam rex, & omnes pueri ejus ploraverunt plorationem magnam valdè. Et Abessalom fugit, & ivit ad Tholmi filium Emiud regem Gedsur (p) in terram Chamaachad. Et luxit rex David super filium suum (q) omnibus diebus. Et Abessalom aufugit, & ivit in Gedsur: & fuit ibi annos tres. Et (r) cessavit rex David exire ad Abessalom; quoniam consolatus est se super Amnon, quia mortuus erat. 36 37 38 39

CAP. XIV.

ET intellexit Joab filius Saruiæ, quia cor regis (a) super Abessalom. Et misit Joab in Thecoe, & sumpsit indè mulierem sapientem, & dixit ad eam; Luge nunc, & indue vestimenta lugubria, & non ungaris oleo, & eris tanquã mulier lugens super mortuum (b) jam diebus multis. Et venies ad regem, & loquêris ad eum juxta verbum hoc. Et posuit Joab verba in ore ejus. Et intravit mulier Thecoites ad regẽ, & cecidit super faciem suam in terram, & adoravit eum, & dixit; Salva rex, salva. Et dixit ad eam rex, Quid est tibi? At illa dixit, Et (c) valdè, vidua mulier ego sum, & mortuus est vir meus. Et etiam ancillæ tuæ erant duo filii: et pugnarũt utriq; in agro, & non fuit qui eximeret inter eos. Et percussit unus (d) unũ fratrẽ suum, & interfecit eum. Et ecce insurrexit tota (e) cognatio erga ancillam tuam, et dixerunt; Da eum qui percussit fratrẽ suũ, & interficiemus eum pro anima fratris sui, quem occîdit, & tollemus etiam hæredem (f) vestrum. Et (g) extinguent prunam meam residuam, ita ut non ponatur viro meo residuum, et nomen super faciem terræ. Et dixit rex ad mulierem; Valens vade in domum tuam, & ego mandabo pro te. Et dixit mulier Thecoites ad regem; Super me, domine mi rex, iniquitas, & super domum patris mei: & rex & thronus ejus innocens. Et dixit rex; Quisquis est qui loquutur ad te, & duces eum ad me: & non adjiciet ultrà tangere eum. Et dixit; Recordetur nunc rex Domini Dei sui, (h) multiplicando redemptorem sanguinis ad disperdendum: & non tollant filium meum. Et dixit; Vivit Dominus, si cadet de capillo filii tui super terram. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

36 וַהֲוָה כְּשֵׁיצָיוּתֵיהּ לְמַלָּלָא וְהָא בְּנֵי מַלְכָּא אֲתוֹ וַאֲרִימוּ קָלְהוֹן וּבְכוֹ וְאַף מַלְכָּא וְכָל
37 עַבְדוֹהִי בְּכוֹ בְּכִי סַגִּיאָה לַחֲדָא: וְאַבְשָׁלוֹם עֲרַק וַאֲזַל לְוָת תַּלְמַי בַּר עַמִּיחוּר מַלְכָּא דִגְשׁוּר
38 וְאִתְאַבַּל עַל בְּרֵיהּ כָּל יוֹמַיָּא : וְאַבְשָׁלוֹם עֲרַק וַאֲזַל לִגְשׁוּר וַהֲוָה תַמָּן תְּלָת שְׁנִין :
39 וַחֲמִידַת נַפְשָׁא דְדָוִד מַלְכָּא לְמִפַּק עַל אַבְשָׁלוֹם אֲרֵי אִתְנַחַם עַל אַמְנוֹן אֲרֵי מִית :

יד

1 וִידַע יוֹאָב בַּר צְרוּיָה אֲרֵי לִבָּא דְמַלְכָּא לְמִפַּק עַל אַבְשָׁלוֹם : 2 וּשְׁלַח יוֹאָב לִתְקוֹעַ וּנְסֵיב
מִתַּמָּן אִתְּתָא חַכִּימְתָּא וַאֲמַר לַהּ אִתְאַבְּלִי כְעַן וּלְבוּשִׁי כְעַן לְבוּשֵׁי אֶבְלָא וְלָא תְשׁוּפִין
3 מִשְׁחָא וּתְהֵי כְּאִתְּתָא דְנַן יוֹמִין סַגִּיאִין מִתְאַבְּלָא עַל מִיתָא : וְתֵהָכִין לְוָת מַלְכָּא וּתְמַלְּלִין
4 עִמֵּיהּ כְּפִתְגָמָא הָדֵין וְשַׁוִּי יוֹאָב יַת פִּתְגָמַיָּא בְּפוּמַהּ : וַאֲמַרַת אִתְּתָא דְמִתְּקוֹעַ לְמַלְכָּא
5 וּנְפַלַת עַל אַפָּהּ עַל אַרְעָא וּסְגִידַת וַאֲמַרַת פְּרוֹק מַלְכָּא : וַאֲמַר לַהּ מַלְכָּא מָה לִיךְ וַאֲמַרַת
6 בְּקוּשְׁטָא אִתְּתָא אַרְמַלְתָּא אֲנָא וּמִית בַּעְלִי : וּלְאַמְתָךְ תְּרֵין בְּנִין וְאִתְנְצִיאוּ תַּרְוֵיהוֹן
7 בְּחַקְלָא וְלֵית דִּמְשֵׁיזֵיב בֵּינֵיהוֹן וּמְחוֹ חַד יַת חַד וּקְטַל יָתֵיהּ : וְהָא קָמַת כָּל זַרְעִיתִי עַל
אַמְתָךְ וַאֲמַרוּ הַבִי וְנִקְטוֹל יַת דִּקְטַל אֲחוּהִי וְנִקְטְלִנֵּיהּ בְּחוֹבַת נַפְשָׁא דַאֲחוּהִי דִּקְטַל
וּנְשֵׁיצֵי אַף יַת יָרוּתָא וּבְעוֹ לְמִקְטַל יַת חַד יְחִידַי דְּאִשְׁתְּאַר בְּדִיל דְּלָא לְשַׁוָּאָה לְבַעְלִי
8 שׁוּם וּשְׁאָר עַל אַפֵּי אַרְעָא : וַאֲמַר מַלְכָּא לְאִתְּתָא אֱזִילִי לְבֵיתֵךְ וַאֲנָא אֲפַקֵּד עֲלָךְ : 9 וַאֲמַרַת
אִתְּתָא דְמִתְּקוֹעַ לְמַלְכָּא עֲלַי דִּי לִי רִבּוֹנִי מַלְכָּא חוֹבָא וְעַל בֵּית אַבָּא וּמַלְכָּא וְכוּרְסֵי
10 מַלְכוּתֵיהּ זַכַּאי : וַאֲמַר מַלְכָּא מַן דְּיֵימַר לִיךְ מִלָּא וְתַיְתְנֵיהּ לְוָתִי וְלָא יוֹסִיף עוֹד לְאַנְזָקָא
11 בִיךְ : וַאֲמַרַת יִדְכַּר כְּעַן מַלְכָּא מַה דִכְתִיב בִּסְפַר אוֹרַיְתָא דַיְיָ אֱלָהָךְ בְּדִיל לְאַסְגָּאָה
אוֹרְחָא קֳדָם גָּאֵל דְּמָא לְחַבָּלָא וְלָא יְשֵׁיצוּן יַת בְּרִי וַאֲמַר קַיָּם הוּא יְיָ אִם יִפּוֹל מִסְּעַר רֵישׁ
בְּרִיךְ לְאַרְעָא :

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

Et fuit cùm finiret ille loqui, & ecce filii regis venerunt, & extulerunt vocem suam & fleverunt, & etiam rex & omnes servi ejus fleverunt fletu magno. Et Absalom fugit & ivit ad Thalmai filium *Ghamihhur* regem Gessur, & luxit super filium suum *omnibus* diebus. Et Absalom fugit & ivit ad Gessur, & fuit ibi tribus annis. Et desideravit anima David regis egredi ad Absalom, quia consolatus erat super Amnon quòd mortuus esset. 36 37 38 39

CAP. XIV.

ET cognovit Joab filius Szaruja quòd esset *cor* regis exire ad Absalom. Et misit Joab ad Thekoagh, & adduxit indè mulierem sapientem, & dixit illi : Luge obsecro, & indue quæso vestes luctus : & non ungaris unguento, sed sis ut mulier quæ *jam* diebus multis luget super mortuum. Et venies ad regem, & loquêris ad eum secundùm verbum hoc : & posuit Joab verba in ore ejus. Et dixit mulier quæ erat ex Thekoagh ad regem, & procidit super faciem suam super terram, & adoravit & dixit : Libera rex. Et dixit illi rex : Quid est tibi ? & dixit : Verè mulier vidua ego, & mortuus est maritus meus. Et ancillæ tuæ erant duo filii, & rixati sunt ambo illi in agro, & non erat, qui liberaret, inter illos ; & percussit unus alterum, & occîdit illum. Et ecce surrexit omnis prosapia *mea* super ancillam tuam, & dixerunt : Da *& occidamus* qui occidit fratrem suum , & occidemus illum propter culpam animæ fratris sui quem occîdit, & perdemus etiam hæredem : & quærunt occidere etiam unum unicum qui relictus est, ut non ponant marito meo nomen & residuum super faciem terræ. Et dixit rex ad mulierem : Vade in domum tuam, & ego jubebo pro te. Et dixit mulier quæ erat ex Thekoagh regi : Super me quæ mea est, domine mi rex, sit culpa & super domum patris mei, & rex & solium regni sui sit innocens. Et dixit rex : Qui dixerit tibi loquelam, produces illum ad me, & non addet amplius nocere tibi. Et dixit, Recordetur, obsecro, rex quid sit scriptum in libro Legis Dñi Dei tui, ut multiplicetur via ante redemptorem sanguinis ad devastandum, & non perdant filium meum, & dixit : Vivit ipse Dominus, si ceciderit ex capillo capitis filii tui in terram. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

*ܘܟܕ ܫܠܡ ܠܡܡܠܠܘ. ܐܬܘ ܒܢܝ ܡܠܟܐ. ܘܐܪܝܡܘ ܩܠܗܘܢ ܘܒܟܘ. ܘܐܦ ܡܠܟܐ ܘܟܠܗܘܢ
ܥܒܕܘܗܝ. ܒܟܘ ܒܟܬܐ ܪܒܬܐ. * ܘܐܒܫܠܘܡ ܥܪܩ. ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܬܠܡܝ ܒܪ ܥܡܝܗܘܕ 36
ܡܠܟܐ ܕܓܫܘܪ. ܘܝܬܒ ܕܘܝܕ ܒܐܒܠܐ ܥܠ ܒܪܗ. ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ. * ܘܐܒܫܠܘܡ ܥܪܩ ܘܐܙܠ 37
ܠܓܫܘܪ. ܘܗܘܐ ܬܡܢ. ܬܠܬ ܫܢܝܢ. * ܘܐܬܬܢܝܚ ܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܠܡܦܩ ܒܬܪ ܐܒܫܠܘܡ. 38
ܡܛܠ ܕܐܬܒܝܐ ܥܠ ܐܡܢܘܢ ܕܡܝܬ. * ܦܘܠܓܐ * ܝܕ * ܘܝܕܥ ܝܘܐܒ ܒܪ ܨܪܘܝܐ 39
ܕܐܬܪܥܝ ܠܒܗ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܠܐܒܫܠܘܡ. * ܘܫܕܪ ܝܘܐܒ ܠܬܩܘܥ. ܘܕܒܪ ܡܢ ܬܡܢ. ܐܢܬܬܐ 1
ܚܟܝܡܬܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ. ܐܬܐܒܠܝ. ܘܠܒܫܝ ܠܒܘܫܐ ܕܐܒܠܐ. ܘܠܐ ܬܬܡܫܚܝܢ ܡܫܚܐ. ܘܗܘܝ 2
ܐܝܟ ܐܢܬܬܐ ܕܗܘܬ ܡܬܐܒܠܐ ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ ܡܛܠ ܡܝܬܐ. * ܘܥܘܠܝ ܠܘܬ ܡܠܟܐ. ܘܐܡܪܝ ܠܗ
ܡܠܬܐ ܗܕܐ. ܘܣܡ ܝܘܐܒ ܡܠܐ ܒܦܘܡܗ. * ܘܥܠܬ ܐܢܬܬܐ ܬܩܘܥܝܬܐ ܠܘܬ ܡܠܟܐ. 3
ܘܢܦܠܬ ܥܠ ܐܦܝܗ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܣܓܕܬ. ܘܐܡܪܬ. ܦܪܘܩܝܢܝ. ܡܪܝ ܡܠܟܐ. * ܐܡܪ ܠܗ 4
ܡܠܟܐ. ܡܢ ܠܟܝ. ܐܡܪܐ ܠܗ. ܫܪܝܪܐܝܬ ܐܢܬܬܐ ܐܢܐ ܐܪܡܠܬܐ. ܡܝܬ ܠܗ ܓܒܪܝ. * ܘܠܐܡܬܟܝ 5
ܐܝܬ ܗܘܘ ܬܪܝܢ ܒܢܝܢ. ܘܢܨܘ ܬܪܝܗܘܢ ܒܚܩܠܐ. ܘܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܡܦܪܫܢܐ ܒܝܢܬܗܘܢ. ܘܡܚܐ ܚܕ 6
ܠܚܒܪܗ. ܘܩܛܠܗ. * ܘܗܐ ܩܡܬ ܟܠܗ ܫܪܒܬܐ ܥܠ ܐܡܬܟ. ܘܐܡܪܝܢ. ܗܒܝܗܝ ܠܢ ܠܗܘ
ܕܩܛܠ ܠܐܚܘܗܝ. ܘܢܩܛܠܝܘܗܝ ܚܠܦ ܢܦܫܐ ܕܐܚܘܗܝ ܕܩܛܠ. ܘܢܘܒܕܘܢ ܠܝܪܬܐ. 7
ܘܒܥܝܢ ܕܢܛܦܘܢ ܓܘܡܪܬܐ ܕܐܫܬܚܪܬ ܠܝ. ܕܠܐ ܢܫܒܩܘܢ ܠܐܚܘܗܝ ܫܡܐ ܘܫܪܒܬܐ ܥܠ ܐܦܝ
ܐܪܥܐ. * ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܙܠܝ ܠܒܝܬܟܝ. ܘܐܢܐ ܐܦܩܘܕ ܥܠܝܟܝ. * ܐܡܪܐ ܠܗ ܗܝ ܐܢܬܬܐ 8
ܬܩܘܥܝܬܐ ܠܡܠܟܐ. ܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܥܠܝ ܗܝ ܚܛܝܬܐ. ܘܥܠ ܒܝܬ ܐܒܝ. ܘܡܠܟܐ. ܘܟܘܪܣܝܗ. 9
ܙܟܝܢ. * ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ ܡܢ ܕܐܡܪ ܠܟܝ ܡܕܡ. ܐܝܬܝܗܝ ܠܘܬܝ. ܘܬܘܒ ܠܐ ܢܩܪܘܒ
ܠܟܝ. * ܘܐܡܪܬ. ܢܬܕܟܪ ܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܣܓܝܢܘܬܐ ܕܫܘܚܠܦ ܕܡܐ ܠܐ ܡܚܒܠ. ܘܠܐ 10
ܢܘܒܕܘܢ ܠܒܪܝ. ܐܡܪ ܡܠܟܐ. ܚܝ ܗܘ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ. ܕܠܐ ܢܦܠ ܡܢ ܣܥܪܐ ܕܪܫܗ ܕܒܪܟܝ ܥܠ ܐܪܥܐ. 11

36 Et cùm abſolviſſet eloqui, advenerũt filii regis, ſublatâque voce ſuâ fleverunt; rex etiã & omnes ſervi ejus fleverunt fletu magno. 37 Abiſalom autẽ fugiens recepit ſe ad Tholmai filium Ammihud regẽ Geſſur: ſeditque David in luctu propter filiũ ſuũ, diebus multis. 38 Abiſalom verò cùm fugiſſet abiiſſétq; in Geſſur, fuit ibi tribus annis. 39 Et abſtinuit David rex ab exeundo poſt Abiſalõ, eò quòd conſolationẽ accepiſſet de Hamnone qui mortuus erat.

CAP. XIV.

1 ANimadvertens ergò Joab Suriæ filius placatum eſſe animum Davidis regis erga Abiſalomẽ, 2 Miſit Joab in Tecoa, & adduxit inde mulierẽ prudentem, & dixit ad eam, Age lugentẽ, et induere veſtimento lugubri, nec oleo te ungas, ſed finge mulierem multis jam diebus lugentẽ de mortuo; 3 Et ad regẽ ingreſſa dic illi verbum iſtud: & compoſuit Joab verba, indiditq; in os ejus. 4 Ingreſſa igitur mulier illa Tecuitis ad regem, & humi procumbens in faciẽ ſuam atque adorans, dixit; Serva me domine mi rex. 5 Ait illi rex, Quid habes? Dixit ad eum, Verè mulier ego ſum vidua; mortuus eſt *enim* maritus meus, 6 Et ancillæ tuæ duo erant liberi, qui dum altercarentur ambo in deſerto, nec adeſſet dirimens inter eos, alter alteri prævaluit, & occîdit eum: 7 Et ecce ſurgens tota familia in ancillã tuam, dicunt; Trade nobis eum qui interfecit fratrem ſuũ, ut occidamus eum pro fratre ſuo quem interfecit: & hæredẽ perdere volunt, & cupiunt extinguere carbonẽ qui mihi ſupereſt; ita ut non relinquant fratri ejus nomen neq; proſapiã ſuper faciẽ terræ. 8 Ait illi rex, Vade in domũ tuã, ego mandabo de te. 9 Dixit mulier illa Tecuitis ad regẽ, Dñe mi rex, Crimen hoc mihi & familiæ patris mei imminet; rex autẽ & ſoliũ ejus ſunt immunes. 10 Ait illi rex, Eum qui tibi quicquã dixerit, adduc ad me, & ampliùs non accedet ad te. 11 Illâ denuò dicente, Recordetur dominus meus rex quòd Dñs Deus ob frequentiã renovationis ſanguinis (*h. e. licèt ſæpiùs effundatur ſanguis*) haud interficit; & ne filiũ meũ: reſpondit rex, Vivit Dñs Deus, non cadet è capillis capitis filii tui ſup terrã.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

فلما فرغ من قوله للملك اتوا بنو الملك ورفعوا اصواتهم بالبكاء* وبكي الملك وجميع عبيده 36
بكاء كثيرا* فاما ابيسالوم فهرب والتجا الي تلماء بن عميهود ملك جاسور* وحزن داود على 37
ابنه اياما كثيرة* فاما ابيسالوم فمكث عند جاسور ثلاثة سنين* فحن قلب داود الملك 38
الي ابيسالوم* واراد ان يخرج في طلبه* لانه كان تعزي في امنون* * الفصل الرابع عشر* 39
* وعرف يواب بن صوريا ان داود الملك قد رضي عن ابيسالوم* فارسل يواب الي تقوع* واتي 1 2
من هناك بامراة حكيمة* وقال لها صيري نفسك كالحزينة* والبسي لباس الحزن* ولا تدهني
راسك* وكوني كالحزينة التي قد حزنت على ميت لها اياما كثيرة* فادخلي الي الملك وقولي 3
هذا القول* وعلمها يواب الكلام* وامرها ان تنطلق به امام الملك* فدخلت الامراة التقوعية 4
الي الملك* وخرت له ساجدة على الارض بوجهها وقالت* خلصني ايها الملك سيدي* قال لها 5
الملك* ما حالك* قالت له* يقينا انني امراة ارملة* قد توفي رجلي منذ حين* وكان لامتك 6
ابنان اختصما واقتتلا في الصحراء* ولم يكن من يخلص بينهما* وقهر احدهما صاحبه وقتله*
وقد وثب جميع اهل العشيرة على امتك وقالوا اخرجي لنا الذي قتل اخاه لنقتله بقتل 7
اخيه* يريدون يهلكون الوارث* ويريدون ان يطفوا الجمر التي بقيت لي* ولا يتركوا لي بينهما
ذكرا على وجه الارض* قال لها* انصرفي الي منزلك* فاني سآمر من يحفظك* قالت الامراة 8 9
التقوعية للملك* ايها الملك سيدي* هذه السيئة وهذا الذنب على وعلي بيت ابي* والملك
وسريره بريان* قال لها الملك* من عرض لك او قال لك شيا* فاتني به* فانه لا يعرض لك ايضا* 10
* قالت* اذكر ايها الملك ان الله ربك لا يعاقب كل من يقتل* ولا يفسده سريعا بل يرحم* 11
فلا تدع ايها الملك ان يقتل ابني* قال لها الملك* حي هو الله وبه اقسم* انه لا تسقط شعرة
من راس ابنك على الارض*

36 *Eo finem faciente alloquendi regem, advenêre filii regis, quibus ſuas cum lacrymis voces attollentibus, flevit quoque rex omnéſque ſervi ipſius fletu copioſo.* 37 *Abiſalom verò fugit, recepitque ſe ad Tholmai filium Ammihud, regem Geſſur: doluitque David de filio ſuo diebus multis.* 38 *Cúmque manſiſſet Abiſalom apud Geſſur tribus annis, clementiâ permotum eſt cor Davidis regis erga Abiſalomem,* 39 *Voluitque egredi quæſitum eum, eò quòd conſolationem accepiſſet de Amnone.*

CAP. XIV.

1 *Sciens autem Joab filius Suriæ quòd David rex placatus jam eſſet Abiſalomi,* 2 *Miſit Joab in Tecoa, & accerſivit inde mulierem cautam, & ait illi; Simula teipſam mœſtam, induere veſtibus mœſtitiæ, & ne ungito caput tuum, ſed eſto ſicut mœſta quæ multis jam diebus dolet de mortuo ſuo:* 3 *Tum regem adito, eique talia verba dicito: et docuit eam Joab ſermonem, juſſitque ei ut referret illum regi.* 4 *Adiens itaque mulier illa Tecuitis regem, corruit ante eum, vultu ſuo ſuper terram adorans, & ait; Libera me O rex mi domine.* 5 *Cui dicente rege, Quid habes? Reſpondit ei, Proculdubiò mulier ſum vidua, cujus maritus obiit aliquanto ab hinc tempore.* 6 *Habebat autem ancilla tua duos filios, quibus unà rixantibus atque pugnantibus in agro, nemine præſente qui eos ab invicem divelleret, alter alterum ſuperavit & occîdit.* 7 *Jam verò proſilicas tota gens familiæ contra ancillam tuam, dicunt; Profer ad nos eum qui fratrem ſuum occîdit, ut occidamus eum pro nece fratris ſui: hæredem perdere cupientes, & volentes extinguere carbonem qui mihi ſupereſt, nec relinquere mihi inter alterutrum memoriam ſuper ſolum terræ.* 8 *Dixit ad eam, Vade in domum tuam; ego enim alicui mandabo qui te ſervet.* 9 *Ait mulier illa Tecuitis ad regem, O rex domine mi, culpa hæc & ſcelus hoc mihi & domui patris mei impendet: rex autem & thronum ejus ſunt immunes.* 10 *Dixit ad eam rex, Eum qui tibi adverſatus fuerit, vel quicquam tibi dixerit, ad me adducito, nec vexabit te deinceps.* 11 *Ait, Memineris O rex quòd Dominus Deus tuus nequaquam puniat omnem homicidam, nec illicò perimat eum, ſed miſereſcat: ne permittas itaque O rex interfici filium meum. Dixit illi rex, Vivit Deus per quem et juro ne pilum quidem è capite filii tui caſurum ſuper terram.*

שמואל ב: יד

regem meum dominum ad tua ancilla nunc Loquatur :mulier Dixitque
12 וַתֹּאמֶר הָאִשָּׁה תְּדַבֶּר־נָא שִׁפְחָתְךָ אֶל־אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ
cogitâsti *quid ad* Et :mulier ait Et .Loquere ,dixitque :verbum
13 דָּבָר וַיֹּאמֶר דַּבֵּרִי׃ וַתֹּאמֶר הָאִשָּׁה וְלָמָּה חָשַׁבְתָּה
hoc verbum rex *loquendo à* & ?Dei populum *super hoc sicut*
כָּזֹאת עַל־עַם אֱלֹהִים וּמִדַּבֵּר הַמֶּלֶךְ הַדָּבָר הַזֶּה
Quia .suum expulsum rex *reducere non pro* ,delinquens tanquam
14 כְּאָשֵׁם לְבִלְתִּי הָשִׁיב הַמֶּלֶךְ אֶת־נִדְּחוֹ׃ כִּי־
non &:*colligentur* non quæ ,terram in *effusæ* aquæ veluti &,morimur moriẽdo
מוֹת נָמוּת וְכַמַּיִם הַנִּגָּרִים אַרְצָה אֲשֶׁר לֹא יֵאָסֵפוּ וְלֹא־
se à expellat non ut ,cogitationes cogitabit *&* :animam Deus *tollet*
יִשָּׂא אֱלֹהִים נֶפֶשׁ וְחָשַׁב מַחֲשָׁבוֹת לְבִלְתִּי יִדַּח מִמֶּנּוּ
meum dominũ regem ad *loquendum ad* venerim quòd nunc Et .expulsum
15 נִדָּח׃ וְעַתָּה אֲשֶׁר־בָּאתִי לְדַבֵּר אֶל־הַמֶּלֶךְ אֲדֹנִי אֶת־
Loquar :tua ancilla dixit & :populus me terruerunt quia;hoc verbum
הַדָּבָר הַזֶּה כִּי יֵרְאֻנִי הָעָם וַתֹּאמֶר שִׁפְחָתְךָ אֲדַבְּרָה־
.suæ ancillæ verbum rex faciet forsitan :regem ad nunc
נָּא אֶל־הַמֶּלֶךְ אוּלַי יַעֲשֶׂה הַמֶּלֶךְ אֶת־דְּבַר אֲמָתוֹ׃
viri *vola* de suam ancillam *eruendum ad* rex audiet Quia
16 כִּי יִשְׁמַע הַמֶּלֶךְ לְהַצִּיל אֶת־אֲמָתוֹ מִכַּף הָאִישׁ
.Dei hæreditate de pariter meum filium & ,me perdere
לְהַשְׁמִיד אֹתִי וְאֶת־בְּנִי יַחַד מִנַּחֲלַת אֱלֹהִים׃
:requiem ad regis mei domini verbum *nunc* Sit :tua ancilla dixit Et
17 וַתֹּאמֶר שִׁפְחָתְךָ יִהְיֶה־נָּא דְּבַר־אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ לִמְנֻחָה
,bonum *audiendum ad* ,rex meus dominus sic ,Dei angelus sicut quia
כִּי כְּמַלְאַךְ הָאֱלֹהִים כֵּן אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ לִשְׁמֹעַ הַטּוֹב
,rex respondit Et .tecum fit tuus Deus Dominus & ;malum &
18 וְהָרָע וַיהוָה אֱלֹהֶיךָ יְהִי עִמָּךְ׃ וַיַּעַן הַמֶּלֶךְ
ego quod verbum me à abscondas *nunc* Ne :mulierem ad dixit &
וַיֹּאמֶר אֶל־הָאִשָּׁה אַל־נָא תְכַחֲדִי מִמֶּנִּי דָּבָר אֲשֶׁר אָנֹכִי
.rex meus dominus *nunc* Loquatur :mulier dixitque :te *interrogans*
שֹׁאֵל אֹתָךְ וַתֹּאמֶר הָאִשָּׁה יְדַבֶּר־נָא אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ׃
respondit & ?hoc *omni in* tecum Joab *manus* Num :rex Dixitque
19 וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ הֲיַד יוֹאָב אִתָּךְ בְּכָל־זֹאת וַתַּעַן
,*dextrandum ad vir si* ,rex mi domine tuæ animæ *Vita* :dixit & ,mulier
הָאִשָּׁה וַתֹּאמֶר חֵי נַפְשְׁךָ אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ אִם־אִשׁ לְהֵמִין
tu⁹ serv⁹ quia ;rex me⁹ dominus est locut⁹ quæ omnibus ab *sinistrandũ ad &*
וּלְהַשְׂמִיל מִכֹּל אֲשֶׁר־דִּבֶּר אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ כִּי־עַבְדְּךָ
omnia tuæ ancillæ ore in posuit ipse & ,mihi præcepit ipse Joab
יוֹאָב הוּא צִוָּנִי וְהוּא שָׂם בְּפִי שִׁפְחָתְךָ אֵת כָּל־
fecit ,verbi *facies vertere Propter* .hæc verba
20 הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה׃ לְבַעֲבוּר סַבֵּב אֶת־פְּנֵי הַדָּבָר עָשָׂה
sapientiam secundùm sapiens me⁹ dñs &:hoc verbum Joab tuus servus
עַבְדְּךָ יוֹאָב אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה וַאדֹנִי חָכָם כְּחָכְמַת
rex dixit Et .terra in quæ omnia *sciendum ad* ,Dei angeli
21 מַלְאַךְ הָאֱלֹהִים לָדַעַת אֶת־כָּל־אֲשֶׁר בָּאָרֶץ׃ וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ
reduc,Vade *&* :hoc verbum feci nunc Ecce :Joab ad
אֶל־יוֹאָב הִנֵּה־נָא עָשִׂיתִי אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה וְלֵךְ הָשֵׁב אֶת־
,terram in *suas facies ad* Joab *cecidit* Et .Absalom puerum
22 הַנַּעַר אֶת־אַבְשָׁלוֹם׃ וַיִּפֹּל יוֹאָב אֶל־פָּנָיו אַרְצָה
cognovit Hodie :Joab dixitque :regi benedixit &,se incurvavit &
וַיִּשְׁתַּחוּ וַיְבָרֶךְ אֶת־הַמֶּלֶךְ וַיֹּאמֶר יוֹאָב הַיּוֹם יָדַע
quia ;rex mi domine tuis oculis in gratiam inveni quia ,tuus servus
עַבְדְּךָ כִּי־מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ אֲשֶׁר־
abiit & ,Joab surrexit Et .*sui* servi verbum rex fecit
23 עָשָׂה הַמֶּלֶךְ אֶת־דְּבַר עַבְדּוֹ׃ וַיָּקָם יוֹאָב וַיֵּלֶךְ
Dixitque .Jerusalaim *in* Absalom adduxit & ;Ghesur in
24 גְּשׁוּרָה וַיָּבֵא אֶת־אַבְשָׁלוֹם יְרוּשָׁלָם׃ וַיֹּאמֶר
est reversus &:videat non *meas facies* &,suam domũ ad Revertatur :rex
הַמֶּלֶךְ יִסֹּב אֶל־בֵּיתוֹ וּפָנַי לֹא יִרְאֶה וַיִּסֹּב
.vidit non regis *facies* &,suam domum ad Absalom
אַבְשָׁלוֹם אֶל־בֵּיתוֹ וּפְנֵי הַמֶּלֶךְ לֹא רָאָה׃

Verſio VULG. LAT.

12 Dixit ergò mulier, Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait, Loquere. 13 Dixítque mulier, Quarè cogitâſti hujuſcemodi rẽ contra populum Dei, & locut⁹ eſt rex verbum iſtud, ut peccet, & 14 non reducat ejectum ſuum? Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur: nec vult De⁹ perire animam, ſed retractat cogitans ne penit⁹ pereat qui ab- 15 jectus eſt. Nunc igitur veni, ut loquar ad dominum meum regem verbum hoc, præſente populo. Et dixit ancilla tua: Loquar ad regem, ſi quo modo fa- 16 ciat rex verbum ancillæ ſuæ; Et audivit rex, ut liberaret ancillam ſuam de manu omniũ, qui volebant de hæreditate Dei delere me, & filium meum ſi- 17 mul. Dicat ergò ancilla tua, ut fiat verbum dñi mei regis ſicut ſacrificium. Sicut enim Angelus Dei, ſic eſt domin⁹ me⁹ rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur: unde & Dominus Deus tuus eſt tecum. 18 Et reſpondens rex, dixit ad mulierem; Ne abſcondas à me verbum, quod te interrogo. Dixítque ei mulier; Loquere, do- 19 mine mi rex. Et ait rex, Numquid manus Joab tecum eſt in omnibus iſtis? Reſpondit mulier, & ait; Per ſalutem animæ tuæ, domine mi rex, nec ad ſiniſtram, nec ad dexteram eſt, ex omnibus his quæ locut⁹ eſt dominus meus rex: ſervus enim tuus Joab, ipſe præcepit mihi, & ipſe poſuit in os ancillæ tuæ 20 omnia verba hæc. Ut verterẽ figuram ſermonis hujus, ſervus tuus Joab præcepit iſtud: tu autem, domine mi rex, ſapiens es, ſicut habet ſapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia ſuper 21 terram. Et ait rex ad Joab, Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergò, & revoca puerum 22 Abſalom. Cadénſque Joab ſuper faciem ſuam in terram, adoravit & benedixit regi: & dixit Joab; Hodiè intellexit ſervus tuus, quia inveni gratiã in oculis tuis, domine mi rex: feciſti enim ſermonem ſervi tui. 23 Surrexit ergò Joab & abiit in Geſſur, & adduxit Abſalom in 24 Jeruſalem. Dixit autem rex; Revertatur in domum ſuam, & faciem meam non videat. Reverſus eſt itaque Abſalom in domum ſuam, & faciem regis non vidit.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Tranſlatione LATINA.

12 Καὶ εἶπεν ἡ γυνή, Λαλησάτω δὴ ἡ δούλη σου πρὸς τὸν κύριόν μου (ν) βασιλέα ῥῆμα. καὶ εἶπε, 13 Λάλησον. Καὶ εἶπεν ἡ γυνή, Ἱνατί ἐλογίσω (ξ) τοιοῦτο ἐπὶ λαὸν Θεοῦ; ἢ ἐκ στόματος τοῦ βασιλέως ὁ λόγος οὗτος ὡς πλημμέλεια, τοῦ μὴ ἐπιστρέψαι (ο) τὸν βασιλέα τὸν ἐξωσμένον 14 αὐτοῦ; Ὅτι θανάτῳ ἀποθανούμεθα, καὶ ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸ καταφερόμενον ἐπὶ τῆς γῆς ὃ οὐ συναχθήσεται, καὶ λήψεται ὁ Θεὸς (π) ψυχήν, καὶ λογιζόμενος τοῦ ἐξῶσαι ἀπ᾽ αὐτοῦ (ρ) ἐξεωσμένον. 15 Καὶ νῦν ὃ ἦλθον λαλῆσαι πρὸς τὸν βασιλέα τὸν κύριόν μου τὸ ῥῆμα τοῦτο, ὅτι ὄψεταί με ὁ λαός, καὶ (σ) ἐρεῖ ἡ δούλη σου, Λαλησάτω δὴ πρὸς (τ) τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα, εἴπως ποι- 16 ήσει ὁ βασιλεὺς τὸ ῥῆμα τῆς δούλης αὐτοῦ, Ὅτι (υ) ἀκούσει ὁ βασιλεύς. ῥυσάσθω (φ) τὴν δούλην αὐτοῦ ἐκ χειρὸς τοῦ ἀνδρὸς τοῦ ζητοῦντος ἐξᾶραί με καὶ τὸν υἱόν (χ) μου ἀπὸ κληρονομίας Θεοῦ. 17 Καὶ εἶπεν ἡ γυνή, Εἰ ἤδη ὁ λόγος τοῦ κυρίου μου τοῦ βασιλέως εἰς (ψ) θυσίας· ὅτι καθὼς ἄγγελος (ω) Θεοῦ, οὕτως ὁ κύριός μου ὁ βασιλεύς, τοῦ ἀκούειν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρόν. καὶ 18 κύριος ὁ Θεός σου ἔσται μετὰ σοῦ. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεύς, καὶ εἶπε πρὸς τὴν γυναῖκα, Μὴ δὴ κρύψῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ ῥῆμα, ὃ ἐγὼ ἐπερωτῶ σε. καὶ εἶπεν ἡ γυνή, Λαλησάτω δὴ ὁ κύριός 19 μου ὁ βασιλεύς. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς, Μὴ ἡ χεὶρ (α) Ἰωὰβ ἐν παντὶ τούτῳ μετὰ σοῦ; καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ τῷ βασιλεῖ, Ζῇ ἡ ψυχή σου κύριέ μου βασιλεῦ, εἰ ἔστιν εἰς τὰ δεξιὰ ἢ εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκ (β) πάντων ὧν ἐλάλησεν ὁ κύριός μου ὁ βασιλεύς, ὅτι ὁ δοῦλός σου Ἰωὰβ αὐτὸς ἐνετείλατό μοι, καὶ αὐτὸς ἔθετο ἐν τῷ (γ) στόματι τῆς δούλης σου πάντας τοὺς λόγους 20 τούτους. Ἕνεκεν τοῦ (δ) περιελθεῖν τὸ πρόσωπον τοῦ ῥήματος τούτου, ὃ ἐποίησεν ὁ δοῦλός σου Ἰωὰβ τὸν λόγον τοῦτον. καὶ ὁ κύριός (ε) μου σοφὸς καθὼς σοφία ἀγγέλου τοῦ Θεοῦ, τοῦ γνῶναι 21 πάντα τὰ ἐν τῇ γῇ. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἰωάβ, Ἰδοὺ δὴ ἐποίησά σοι κατὰ τὸν λόγον σου (ζ) τοῦτον. πορεύου, ἐπίστρεψον τὸ παι- 22 δάριον τὸν Ἀβεσσαλώμ. Καὶ ἔπεσεν Ἰωὰβ ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ προσεκύνησε, καὶ εὐλόγησε τὸν βασιλέα. καὶ εἶπεν Ἰωάβ, Σήμερον ἔγνω ὁ δοῦλός σου ὅτι εὗρον χάριν ἐν ὀφθαλμοῖς σου κύριέ μου βασιλεῦ, ὅτι ἐποίησεν ὁ κύριός μου ὁ βασιλεὺς τὸν λόγον τοῦ δού- 23 λου αὐτοῦ. Καὶ ἀνέστη Ἰωάβ, καὶ ἐπορεύθη εἰς Γεδσούρ, καὶ ἤγαγε τὸν Ἀβεσσαλὼμ εἰς Ἱερουσα- 24 λήμ. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς, Ἀποστραφήτω εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τὸ πρόσωπόν μου μὴ βλεπέτω. καὶ (η) ἀπέστρεψεν Ἀβεσσαλὼμ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ βασιλέως οὐκ εἶδε.

Et dixit mulier, Loquatur nunc ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et dixit, Loquere. 12 *Et dixit mulier, ut quid (b) cogitâſti tale ſuper populũ Dei? nunquid ex ore regis verbũ hoc, tanquam delictum; ut non redire faciat rex ejectum ſuum? Quoniã* 13 *(i) morte moriemur, et tanquam aqua delabens ſuper terram, quæ non colligetur. Et accipiet Deus animam & cogitans expellere à ſe expulſum? Et nunc, quòd veneram loqui ad regem dominum meum verbum hoc, quia aſpiciet me populus, & dicet (k) ancilla tua; Loquatur nunc ad dominum meum regem, ſi quomodò faciet rex verbum ancillæ ſuæ; Quoniã audiet rex: (l) Eruat ancillam ſuam de manu viri quærentis tollere me, & filium meum, ab hæreditate Dei. Et dixit mulier, Si (m) jam ſermo domini mei regis in ſacrificia: quoniam ſicut angelus Dei, ſic dominus meus rex ad audiendum bonum, et malum: & Dominus Deus tuus erit tecum. Et reſpondit rex, et dixit ad mulierem, Ne nunc occultaveris à me verbum quod ego interrogo te. Et dixit mulier, Loquatur nunc dominus meus rex. Et dixit rex, Nunquid manus Joab in omni hoc tecum? Et dixit mulier regi; Vivit anima tua, domine mi rex, ſi eſt in dextra, vel in ſiniſtra de omnibus, quæ locutus eſt dominus meus rex: quoniam ſervus tuus Joab ipſe mandavit mihi, & ipſe poſuit in ore ancillæ tuæ omnia verba hæc: (n) ut verterem faciem verbi hujus, (o) quod fecit ſervus tuus Joab verbum hoc: Et dominus meus ſapiens, ſicut ſapientia angeli Dei, ad cognoſcendum omnia quæ in terra. Et dixit rex ad Joab, Ecce nunc feci tibi juxta verbum tuũ hoc. Vade, reduc puerum Abeſſalom. Et cecidit Joab ſuper faciem ſuam in terram, & adoravit, & benedixit regem. Et dixit Joab; Hodiè cognovit ſervus tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis, domine mi rex: quoniam fecit dominus meus rex verbum ſervi ſui. Et ſurrexit Joab, & ivit in Gedſur: & duxit Abeſſalom in Hieruſalem. Et dixit rex; Revertatur in domum ſuam, & faciem meam non videat. Et revertit Abeſſalom in domum ſuam: & faciem regis non vidit.* 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

MS.A. (ν) τὸν βασιλέα (ξ) τοιοῦτον (ο) πρὸς τὸν (π) τὴν ψυχήν, καὶ διαλογιζόμενος λογισμοὺς τοῦ ἐξῶσαι (ρ) ἐξωσμένον. (σ) ἐρεῖ ὁ λαός σου, (τ) τὸν βασιλέα, εἴπως ποιήσῃ (υ) ἀκούσει (φ) δὴ τὴν (χ) μου κατὰ τὸ αὐτὸ ἀπὸ (ψ) θυσίαν (ω) τοῦ Θεοῦ, (α) Ἰωὰβ μετὰ σοῦ ἐν παντὶ τούτῳ; καὶ εἶπεν (β) πάντων τούτων ὧν (γ) στόματί μου τῆς (δ) περιελθεῖν τὸ (ε) μου * Ἰωὰβ σοφὸς (ζ) τοῦτον. καὶ πορεύθητι καὶ ἐπίστρεψον (η) ἐπέστρεψεν ὁ Ἀβεσσαλώμ

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

21 וַאֲמַרַת אִתְּתָא תְּמַלֵּל כְּעַן אַמְתָךְ קֳדָם רִבּוֹנִי מַלְכָּא פִּתְגָּמָא וַאֲמַר מַלֵּלִי׃ וַאֲמַרַת אִתְּתָא
13 וּלְמָה חֲשַׁבְתָּא כְּהָדָא עַל עַמָּא דַיְיָ וּמְמַלֵּל מַלְכָּא פִּתְגָּמָא הָדֵין כִּגְבַר חַיָּב בְּדִיל דְּלָא
14 לַאֲתָבָא מַלְכָּא יַת בְּדוּרֵיהּ׃ אֲרֵי מִיתָא דְמָאֵית וּכְמַיָּא דְמִתְאַשְּׁדִין לְאַרְעָא דְּלָא אֶפְשַׁר
לְהוֹן דְּיִתּוֹסְפוּן כֵּן לֵית אֶפְשַׁר לְדַיָּנָא דִקְשׁוֹטָא לְקַבָּלָא מָמוֹן דִּשְׁקַר וְדִמְחַשֵּׁב מַחְשְׁבָן
15 בְּדִיל דְּלָא לְבַדָּרָא מִנֵּיהּ בְּדוּרָא׃ וּכְעַן דַּאֲתֵיתִי לְמַלָּלָא קֳדָם מַלְכָּא רִבּוֹנִי יַת פִּתְגָּמָא
הָדֵין אֲרֵי דַחֲלוּנַנִי עַמָּא וַאֲמַרַת אַמְתָךְ אֲמַלֵּל כְּעַן קֳדָם מַלְכָּא מָאִים יַעֲבֵיד מַלְכָּא יַת
16 פִּתְגָּמָא דְאַמְתֵיהּ׃ אֲרֵי יִשְׁמַע מַלְכָּא לְשֵׁיזָבָא יַת אַמְתֵיהּ מִיַּד גַּבְרָא לְשֵׁיצָאָה יָתִי וְיַת בְּרִי
17 כַּחֲדָא מֵאַחְסָנַת עַמָּא דַיְיָ׃ וַאֲמַרַת אַמְתָךְ יְהֵי כְעַן פִּתְגָּמָא דְרִבּוֹנִי מַלְכָּא לִנְיָחָא אֲרֵי
18 כְּמַלְאֲכָא דַיְיָ כֵּן רִבּוֹנִי מַלְכָּא לְמִשְׁמַע טָב וּבִישׁ וּמֵימְרָא דַיְיָ אֱלָהָךְ יְהֵי בְּסַעְדָּךְ׃ וַאֲתֵיב
מַלְכָּא וַאֲמַר לְאִתְּתָא לָא כְעַן תְּכַסֵּי מִנִּי פִּתְגָּמָא דַּאֲנָא שָׁאֵל יָתִיךְ וַאֲמַרַת אִתְּתָא יְמַלֵּל
19 כְּעַן רִבּוֹנִי מַלְכָּא׃ וַאֲמַר מַלְכָּא הֲיַד יוֹאָב עִמָּךְ בְּכָל דָּא וַאֲתֵיבַת אִתְּתָא וַאֲמַרַת חַיֵּי נַפְשָׁךְ
רִבּוֹנִי מַלְכָּא אִם אִית לְמִסְטֵי לְיַמִּינָא וְלִסְמָלָא מִכֹּל דִּי מַלֵּל רִבּוֹנִי מַלְכָּא אֲרֵי עַבְדָּךְ יוֹאָב
20 הוּא פַּקְדַנִי וְהוּא שַׁוִּי בְּפוּמָא דְאַמְתָךְ יַת כָּל פִּתְגָּמַיָּא הָאִלֵּין׃ בְּדִיל לְאַקָּפָא יַת אַפֵּי
פִּתְגָּמָא עֲבַד עַבְדָּךְ יוֹאָב יַת פִּתְגָּמָא הָדֵין וְרִבּוֹנִי חַכִּים כְּחָכְמַת מַלְאֲכָא דַיְיָ לְמִדַּע יַת
21 כָּל דִּי בְאַרְעָא׃ וַאֲמַר מַלְכָּא לְיוֹאָב הָא כְעַן עֲבַדִית יַת פִּתְגָּמָא הָדֵין וְאֵיזֵיל אֲתֵיב יַת
22 עוּלֵימָא יַת אַבְשָׁלוֹם׃ וּנְפַל יוֹאָב עַל אַפּוֹהִי לְאַרְעָא וּסְגִיד וּבָרֵיךְ יַת מַלְכָּא וַאֲמַר יוֹאָב
יוֹמָא דֵין יְדַע עַבְדָּךְ אֲרֵי אַשְׁכַּחִית רַחֲמִין בְּעֵינָךְ רִבּוֹנִי מַלְכָּא דַּעֲבַד מַלְכָּא יַת פִּתְגָּמָא
23 דְעַבְדֵּיהּ׃ וְקָם יוֹאָב וַאֲזַל לִגְשׁוּר וְאַיְתֵי יַת אַבְשָׁלוֹם לִירוּשְׁלֶם׃ וַאֲמַר מַלְכָּא יִסְתְּחַר
24 לְבֵיתֵיהּ וְאַפַּי לָא יֶחֱזֵי וְאִסְתְּחַר אַבְשָׁלוֹם לְבֵיתֵיהּ וְאַפֵּי מַלְכָּא לָא חֲזָא׃

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

12 Et dixit mulier: Loquatur nunc ancilla tua ante dominum meum regem verbum: & dixit, Loquere. 13 Et dixit mulier: Et quare cogitâſti ſecundùm hoc ſuper populum Dñi, & loquitur rex verbum hoc ſicut vir culpatus, ut non reducat rex diſperſum ſuũ? 14 Quia mors qua morior ecce eſt ſicut aquæ quæ defluunt in terram, quia non poſſibile eſt illis quòd congregentur: ſic non eſt poſſibile judici veritatis accipere mamon iniquitatis, & quod cogitet cogitationes ut non diſpergat à ſe diſperſum. 15 Et nunc quòd veni ad loquendum ante regem dominum meum verbum hoc, quia terruerunt me popul⁹; & dixit ancilla tua, *Loquar* nunc ante regem; fortè faciet rex verbum *ancillæ ſuæ*. 16 Quia audiet rex ad liberandum ancillam ſuam de manu viri [*quærentis*] conſumere me & filium meum ſimul de hæreditate populi Dñi. 17 Et dixit ancilla tua, Sit quæſo verbum domini mei regis in requiem; nam ut angelus Dñi, ſic dominus meus rex ad audiendum bonum & malum: & dictum Dñi Dei tui ſit in auxilio tuo. 18 Et reſpondit rex & dixit mulieri: Ne obſecro celes à me verbum quod ego rogo te: & dixit mulier, Loquatur quæſo dominus meus rex. 19 Et dixit rex: Num manus Joab tecum eſt in omni hoc? & reſpondit mulier, & dixit: Per vitam animæ tuæ domine mi rex, ſi non eſt declinandum ad dexteram vel ad ſiniſtram ex omni quod locutus eſt dominus meus rex: nam ſervus tuus Joab ipſe juſſit mihi, & ipſe poſuit in ore ancillæ tuæ omnia verba hæc. 20 Ut immutarem faciem verbi, fecit ſervus tuus Joab verbum hoc, & dominus meus ſapiens eſt juxta ſapientiam angeli Dñi ad cognoſcendum omne quod in terra. 21 Et dixit rex ad Joab, Ecce nunc feci verbum hoc, Ito, reduc adoleſcentem Abſalom. 22 Et procidit Joab ſuper faciem ſuam *ad* terram & adoravit, & benedixit regi: & dixit Joab, Hodie novit ſervus tuus quòd inveni miſericordias in oculis tuis domine mi rex, quòd fecit rex verbum ſervi *ſui*. 23 Et ſurrexit Joab & ivit ad Geſſur, & adduxit Abſalom in Jeruſalem. 24 Et dixit rex, Revertatur ad domum ſuam & faciem meam non videat: & reverſus eſt Abſalom ad domum ſuam, & faciem regis non vidit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 * ܘܐܡܪܬ ܐܢܬܬܐ. ܬܡܠܠ ܐܡܬܟ ܡܠܬܐ ܠܡܠܟܐ. ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܐܡܪܝ.* ܐܡܪܬ
13 ܠܗ ܐܢܬܬܐ. ܠܡܢܐ ܐܬܚܫܒܬ ܗܕܐ ܥܠ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܡܛܠܡܢܐ ܐܡܪܬ ܡܠܟܐ
ܐܝܟ ܚܛܝܐ. ܘܠܐ ܡܗܦܟ ܐܢܬ ܡܠܟܐ ܠܡܠܟܟ. * ܡܛܠ ܕܡܡܬ ܡܝܬܝܢܢ. ܘܐܝܟ ܡܝܐ
14 ܕܡܬܐܫܕܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܠܐ ܡܬܟܢܫܝܢ. ܘܠܐ ܢܣܒ ܐܠܗܐ ܢܦܫܐ. ܘܡܬܚܫܒ
ܡܚܫܒܬܐ ܕܠܐ ܢܐܒܕ ܡܢܗ ܐܢܫ. * ܘܗܫܐ. ܗܐ ܐܡܪܬ ܠܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܡܛܠ ܕܐܪܗܒܢܝ
15 ܕܚܣܘܟ ܥܡܐ. ܘܐܡܪܬ ܐܡܬܟ. ܐܢܐ ܐܡܠܠ ܥܡ ܡܠܟܐ. ܠܡܐ ܢܦܨܐ ܠܐܡܬܗ ܡܢ
ܐܝܕܝ ܐܢܫܐ. * ܕܠܐ ܢܘܒܕܘܢ ܠܝ ܘܠܒܪܝ ܡܢ ܝܪܬܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. * ܘܐܡܪܬ ܐܡܬܟ. ܬܗܘܐ
16 ܡܠܬܗ ܕܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܘܬܗܘܐ ܩܘܪܒܢܐ. ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܡܠܐܟܗ ܕܐܠܗܐ. ܗܟܢܐ ܡܪܝ
17 ܡܠܟܐ. ܠܡܫܡܥ ܛܒܬܐ ܘܒܝܫܬܐ. ܘܡܪܝܐ ܐܠܗܟ. ܢܗܘܐ ܥܡܟ. * ܘܥܢܐ ܡܠܟܐ
18 ܘܐܡܪ ܠܗ ܠܐܢܬܬܐ. ܠܐ ܬܛܫܝܢ ܡܢܝ ܡܕܡ ܕܫܐܠ ܐܢܐ ܠܟܝ. ܐܡܪܐ ܠܗ ܐܢܬܬܐ. ܐܡܪ
ܡܪܝ ܡܠܟܐ. * ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ. ܐܝܕܗ ܕܝܘܐܒ ܐܝܬ ܠܟܝ ܒܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ
19 ܥܢܬ ܐܢܬܬܐ. ܘܐܡܪܬ ܠܗ. ܚܝܐ ܢܦܫܟ ܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܕܠܐ ܠܝܡܝܢܐ ܘܠܐ ܠܣܡܠܐ
ܡܢ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܡܪ ܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܥܒܕܟ ܝܘܐܒ. ܗܘ ܦܩܕܢܝ. ܘܗܘ ܣܡ ܒܦܘܡܗ
ܕܐܡܬܟ ܟܠܗܝܢ ܡܠܐ ܗܠܝܢ. * ܡܛܠ ܕܐܬܒܥܐ ܠܟ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܥܒܕ ܥܒܕܟ
20 ܝܘܐܒ ܗܟܢܐ. ܘܡܪܝ ܚܟܝܡ. ܐܝܟ ܚܟܡܬܐ ܕܡܠܐܟܘܗܝ ܕܐܠܗܐ. ܠܡܕܥ ܟܠ ܕܐܝܬ
ܒܐܪܥܐ. * ܐܡܪ ܠܗ ܡܠܟܐ ܠܝܘܐܒ. ܗܐ ܥܒܕܬ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ. ܙܠ ܐܝܬܝܗܝ ܠܐܒܫܠܘܡ
21 ܥܠܝܡܐ. * ܘܢܦܠ ܝܘܐܒ ܥܠ ܐܦܘܗܝ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܣܓܕ. ܘܒܪܟ ܠܡܠܟܐ. ܘܐܡܪ ܝܘܐܒ
22 ܝܘܡܢܐ ܝܕܥ ܥܒܕܟ ܕܐܫܟܚܬ ܪܚܡܐ ܒܥܝܢܝܟ ܡܪܝ ܡܠܟܐ. ܕܥܒܕ ܡܠܟܐ ܡܠܬܗ
23 ܕܥܒܕܗ. * ܘܩܡ ܝܘܐܒ. ܘܐܙܠ ܠܓܫܘܪ. ܘܐܝܬܝܗ ܠܐܒܫܠܘܡ ܠܐܘܪܫܠܡ. * ܘܐܡܪ
24 ܡܠܟܐ. ܢܐܙܠ ܠܒܝܬܗ. ܘܐܦܘܗܝ ܠܐ ܢܚܙܐ. ܘܐܙܠ ܐܒܫܠܘܡ ܠܒܝܬܗ. ܘܐܦܘܗܝ
ܕܡܠܟܐ ܠܐ ܚܙܐ.

* Dixit etiam mulier illa, Dicat ancilla tua 12
verbum regi. Ait illi rex, Dic. Ait illi mulier, 13
Quarè cogitâſti rem hujuſmodi contra
populum Dei? & quarè locutus es rex, quaſi
reus, nec revocas O rex, ſententiam tuam?
Nam certiſſimè morituri ſumus, & ſimiles 14
ſumus aquis quæ in terram effuſæ non recolliguntur:
nec aufert Deus animam, ſed
ſolicitè cogitat ne quis ab ipſo pereat. Jam 15
verò dixi domino meo regi verbum iſtud,
quoniam turbârat me populus: dixit autem
ancilla tua, Ego regem alloquar: forſan liberabit
ancillam ſuam de manibus hominum,
Ne me & filium meum perdant ab 16
hæreditate Dei. Dixítque ancilla tua, Verum 17
erit verbum domini mei regis, erítque
ſacrificium: quoniam qualis eſt Angelus
Dei, talis dominus meus rex ad audiendum
bonum & malum; & Dominus Deus
tuus erit tecum. Reſpondens autem 18
rex dixit ad mulierem illam, Ne celato me
rem de qua te ſum interrogaturus. Ait illi
mulier, Loquere domine mi rex. Dixit 19
ad eam rex, Manus Joabi tecum eſt in his
omnibus? Reſpondens mulier ait illi, Vivat
anima tua domine mi rex; neque dextrorſum
neque ſiniſtrorſum deflexi ab omnibus
quæ dixit dominus meus rex: ſervus
tuus Joab ipſe mihi præcepit, ipſéque
indidit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc.
Ut mihi morem gereres, idcirco ſic facit 20
Joab ſervus tuus: dominus autem meus
ſapiens eſt quaſi ſapientia Angelorum Dei,
ad cognoſcendum quicquid eſt in terra.
Dixit rex Joabo, Ecce feci quemadmodum 21
dixiſti, vade, adduc ad me puerum
Abiſalom. Tum procidens Joab in faciem 22
Et ibi (a) advocatus, filius iniquus ; & nomen ei Sabee filius Bochori, vir Jemini. Et clanxit corneâ, & dixit ; Non est nobis pars in David, neque hæreditas nobis in filio Jessæ.(b) Vir ad tabernacula tua Israel. 1 Et ascendit omnis vir Israel à post David post Sabee filium Bochori. 2 Et vir Juda adhæsit regi suo, à Jordam & usque Hierusalem. Et intravit David in domum suam in Hierusalem: 3 & sumpsit rex decem illas mulieres concubinas ejus, quas reliquerat custodire domum: & dedit eas in domo custodiæ, & nutrivit eas: & ad eas non intravit: & fuerunt detentæ usque ad diem mortis suæ, viduæ viventes. Et dixit rex ad Amessai, 4 Clama mihi virum Juda tribus diebus : tu autem hic sta. Et ivit Amessai ad clamandum Judam: 5 & tardavit à tempore, quo constituerat ei David. Et dixit David ad Amessai ; 6 Nunc malefaciet nobis Sabee filius (c) Bochori super Abessalom. Et nunc tu sume tecum pueros domini tui, & persequere post eum: nè fortè inveniat sibi civitates munitas, & teget oculos nostros. Et exierunt 7 post eum (d) Abessai, & viri Joab, et Cheretbi, & Pheletbi, & omnes potẽtes: & exierũt è Hierusalẽ ad persequendũ post Sabee filiũ Bochori. Et ipse apud lapidẽ 8 magnum, qui in Gabaon. Et Amessai intravit ante eos. Et Joab indutus mantellum, vestimentum suum, & super illud accinctus gladio (e) conjuncto super lumbum suum in vagina ejus. Et gladius exivit: & (f) ipse exivit, & irruit. Et dixit Joab 9 ad Amessai ; Si vales tu, frater? Et tenuit manus dextera Joab barbam Amessai ad osculandum illum. Et Amessai non observa- 10 rat gladium, qui in manu Joab. Et percussit illum in ipso Joab in inguinem: & effusus est venter ejus in terram : & non iteravit ei ; & mortuus est. Et Joab, & Abessai frater ejus persequutus est post Sabee filium Bochori. Et vir stetit super e- 11 um de pueris Joab, & dixit ; (g) Quis volens Joab, & quis ipsius David post Joab ? Et A- 12 messai (h) conspersus in sanguine in medio semitæ. Et vidit vir, quia subsistebat omnis populus, & transtulit Amessai è semita in agrum : & injecit super eum vestem ; secundùm quod viderat omnem, qui veniebat super eum, subsistere.

MS. A. (α) Καὶ ἐπικαλούμενος ἐκεῖ υἱός, (β) Ἀβεὲ, (γ) Εἰεμινεί· (δ) ἐν τῇ (ε) ἔστιν μερὶς ἡμῖν ἐν (ζ) τὰς παλλακίδας αὐτοῦ, (η) αὐτῷ. Καὶ (†) Ἀβισαΐ, (θ) νῦν λάβε τοὺς (ι) εὕρῃ αὐτῷ πόλεις (κ) αὐτοῦ καὶ οἱ (λ) Χορεθθεί, καὶ ὁ Φελεθθεί, (μ) Ἀβεὲ (ν) περιεζωσμένος (ξ) ἐξῆλθεν καὶ ἔπεσεν. Καὶ (ο) Ἀμεσσαεί, Ὑγιαίνεις ἀδελφέ μου Ἀμεσσαεί; καὶ (π) δεξιὰ τοῦ πώγωνος (ρ) ἐπὶ τὴν (σ) ἐπὶ τὴν (τ) Ἀβισαεὶ (υ) ἐδίωξαν (φ) παιδαρίων, καὶ (χ) ἐπέρριψαν

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

כ

1 ותמן אתערע גבר רשיעא ושמיה שבע בר בכרי גברא משבטא דבית בנימן ותקע
בשופרא ואמר לית לן חולק בדוד ולא אחסנא לנא בבר ישי גבר לקרווהי ישראל׃
2 וסליק כל אנש ישראל מבתר דוד למיזל בתר שבע בר בכרי ואנש יהודה לוו עם
3 מלכהון מן ירדנא ועד ירושלם׃ ואתא דוד לביתיה לירושלם ודבר מלכא ית עשר
נשין לחינן די שבק למטר ביתא ומננין בבית מטרא ומסובר להין ולותהין לא על והואה
4 נטירן ומתקרין עד יום מותהין ארמלן דבעליהן קים׃ ואמר מלכא לעמשא כנוש קדמי
5 ית אנש יהודה תלתא יומין ואת הכא קום׃ ואזל עמשא למכנש ית דבית יהודה ואוחר
6 מן זמנא דאמר ליה׃ ואמר דוד לאבישי כען יבאיש לנא שבע בר בכרי מן אבשלום את
7 דבר ית עבדי רבונך ורדף בתרוהי דלמא ישכח ליה קרוין כריכן ויעיק לנא׃ ונפקו
בתרוהי גברי יואב וקשתיא וקלעיא וכל גבריא ונפקו מירושלם למרדף בתר שבע בר
8 בכרי׃ אנון עם אבנא רבתא די בגבעון ועמשא אתא לאפיהון ויואב אסיר מזריז לבושוהי
9 ועלוהי אספנקי חרב מזרזא על חרציה בלדנה והוא אזיל ופסע׃ ואמר יואב לעמשא
10 השלם את אחי ואחדת יד ימין יואב בדקנא דעמשא למנשק ליה׃ ועמשא לא אסתמר
בחרבא די ביה יואב ומחהי בה בסטר ירכיה ושפך מעוהי לארעא ולא תנא ליה ומית
11 ויואב ואבישי אחוהי רדף בתר שבע בר בכרי׃ וגברא קאם עלוהי מעולמי יואב ואמר
12 מן דרעי ביואב ומן די לדוד ייזל בתר יואב׃ ועמשא מטרף בדמא בגו כבשא וחזא גברא
ארי קם כל עמא ואסחר ית עמשא מן כבשא לחקלא ורמא עלוהי לבושא כד חזא כל
דאתי עלוהי וקאם׃

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

CAP. XX.

Et ibi casu venit vir improbus,et nomen ejus erat Sebagh filius Bichri, 1 vir ex tribu *domus* Binjamin,et clanxit buccina,et dixit:Non est nobis pars in David, nec hæreditas nobis in filio Isai:quisq;ad habitacula sua Israel. Et ascendit omnis homo Israel de-post David, ut irent post Sebagh filium 2 Bichri: et homines Jehudah associaverunt se cum rege suo à Jardena & usque ad Jerusalem. Et venit David in domum suam in Jerusalem, et acce- 3 pit rex decem mulieres concubinas, quas reliquerat ad custodiendum domum, et constituit illas in domo custodiæ; et aluit eas : et ad eas non intravit, et fuerunt custoditæ et vocatæ usque ad diem mortis suæ viduæ viri ipsarum superstitis. Et dixit rex ad Ghamassa: Congrega ante me homi- 4 nes Jehuda [*intra*] tres dies,& tu hic sta. Et ivit Ghamassa ut congrega- 5 ret domum Jehudah,et moratus est ultra tempus quod dixerat illi. Et dixit 6 David ad Abisai: Nunc ne fortè pejus faciat nobis Sebagh fili' Bichri quàm Absalom, *tu* accipe servos domini tui, et persequere post illum, ne fortè inveniat sibi urbes munitas,et affligat nos. Et exierunt post illum viri Joab, 7 et jaculatores, et fundibularii et omnes robusti,et exierunt ex Jerusalẽ ad persequendum post Sebagh filium Bichri. Illi erant apud petram magnam 8 quæ est in Gibghon,et Ghamasa venit ante eos : et Joab erat accinctus lumbari vestimentorum suorum,et super illud cingulum gladii accincti super lumbos ejus in vagina sua, et ipse ambulans impegit. Et dixit Joab ad 9 Ghamasa: Num salvus es frater mi ? et apprehendit manus dextra Joab barbam Ghamasa ut oscularetur illum. Et Ghamasa non observabat se à 10 gladio qui erat in manu Joab;et percussit eum illo in latere femoris illius, et effudit intestina ejus in terram;et non iteravit illi, et mortuus est : et Joab et Abisai frater ejus sequutus est post Sebagh filium Bichri. Et vir 11 stetit juxta illum de adolescentibus Joab, et dixit : Quis est qui sibi complaceret in Joab, et quis est qui esset Davidi post Joab? Et Ghamasa ja- 12 cebat in sanguine in medio stratæ: et vidit vir quòd subsisteret ōis popul' et avertit Ghamasa de strata in agrum, et injecit super illum vestimentum, quando vidit omnem, qui veniebat super illum, subsistentem.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܟ * * ܘܐܬܡܪܚ ܬܡܢ ܓܒܪܐ ܒܪ ܒܠܥܠ .· ܘܫܡܗ ܫܡܘܥܐ ܒܪ ܒܟܪܝ ܡܢ
ܒܢܝܡܝܢ . ܘܩܥܐ ܒܫܝܦܘܪܐ . ܘܐܡܪ . ܠܝܬ ܠܢ ܡܢܬܐ ܥܡ ܕܘܝܕ .· ܘܠܐ ܝܪܬܘܬܐ ܥܡ ܒܪ 1
ܐܝܫܝ . ܙܠܘ ܐܢܫ ܠܡܫܟܢܗ . * ܘܗܦܟܘ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܒܬܪ ܕܘܝܕ . ܘܐܙܠܘ
ܒܬܪ ܫܡܘܥܐ ܒܪ ܒܟܪܝ . ܘܒܢܝ ܝܗܘܕܐ ܢܩܦܘ ܠܡܠܟܗܘܢ .· ܡܢ ܝܘܪܕܢܢ ܘܥܕܡܐ ܠܐܘܪܫܠܡ . 2
* ܘܕܒܪ ܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܠܥܣܪ ܢܫܝܢ ܕܫܒܩ ܗܘܐ ܠܡܛܪ ܒܝܬܐ . ܘܐܚܕ ܐܢܝܢ ܒܒܝܬܐ
ܕܢܬܢܛܪܢ . ܘܬܪܣܝ ܐܢܝܢ .· ܘܠܐ ܥܠ ܠܘܬܗܝܢ . ܘܗܘܝ ܒܐܣܝܪܘܬܐ . ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܐ ܕܡܝܬܝܢ . 3
ܘܗܘܝ ܐܪܡܠܬܐ .* ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ ܕܘܝܕ ܠܥܡܣܐ . ܩܪܝ ܠܝ ܠܝܗܘܕܐ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܐܢܬ ܗܪܟܐ
ܩܘܡ .· ܘܐܙܠ ܥܡܣܐ ܠܡܩܪܐ ܠܝܗܘܕܐ .* ܘܐܘܚܪ ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܐܘܥܕܗ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ 4
ܕܘܝܕ . * ܘܐܡܪ ܕܘܝܕ ܠܝܘܐܒ . ܗܫܐ ܢܒܐܫ ܠܢ ܫܡܘܥܐ ܒܪ ܒܟܪܝ ܝܬܝܪ ܡܢ ܐܒܫܠܘܡ . ܐܠܐ ܕܒܪ ܥܡܟ 5
ܡܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܡܪܟ . ܘܪܕܘܦ ܒܬܪܗ . ܕܠܡܐ ܢܫܟܚ ܠܗ ܩܘܪܝܐ ܕܥܫܝܢܢ .· ܘܢܬܒ ܒܗܘܢ 6
ܘܢܣܡܐ ܥܝܢܝܢ . * ܘܢܦܩܘ ܒܬܪܗ ܚܒܪܘܗܝ ܕܝܘܐܒ . ܓܢܒܪܐ ܘܦܪܫܐ .· ܘܟܠܗܘܢ ܓܒܪܐ .
ܘܢܦܩܘ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ .· ܘܐܙܠܘ ܒܬܪ ܫܡܘܥܐ ܒܪ ܒܟܪܝ . * ܘܟܕ ܡܛܘ ܠܘܬ ܟܐܦܐ ܪܒܬܐ 7
ܕܒܓܒܥܘܢ .· ܥܒܪ ܥܡܣܐ ܩܕܡܝܗܘܢ . ܘܝܘܐܒ ܚܓܝܪ ܗܘܐ ܒܡܐܢܐ ܕܙܝܢܗ . ܘܣܦܣܪܐ 8
ܡܚܝܕܐ ܗܘܐ ܠܗ ܘܐܣܝܪܐ ܒܚܨܘܗܝ . ܐܝܟ ܬܥܪܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܢܦܩ .· ܘܢܦܠܬ ܐܝܕܗ ܥܠ ܣܦܣܪܗ .
* ܘܐܡܪ ܝܘܐܒ ܠܥܡܣܐ . ܫܠܡ ܠܟ ܐܚܝ .· ܘܢܦܠܬ ܐܝܕܗ ܕܝܘܐܒ . ܥܠ ܕܩܢܗ ܕܥܡܣܐ . ܘ 9
ܢܫܩܗ . * ܘܥܡܣܐ ܠܐ ܐܙܕܗܪ ܡܢ ܣܦܣܪܐ ܕܒܐܝܕܗ ܕܝܘܐܒ . ܘܡܚܝܗܝ ܒܗ ܥܠ ܦܠܓܗ .· 10
ܘܢܦܠܘ ܡܥܘܗܝ ܥܠ ܐܪܥܐ . ܘܠܐ ܬܢܝܗ . ܘܡܝܬ . ܘܝܘܐܒ ܘܐܒܝܫܝ ܐܚܘܗܝ . ܪܕܦܘ ܒܬܪ
ܫܡܘܥܐ ܒܪ ܒܟܪܝ . * ܘܓܒܪܐ ܚܕ ܩܡ ܥܠܘܗܝ . ܡܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܝܘܐܒ . ܘܐܡܪ ܠܗ . ܡܢ 11
ܐܢܬ ܡܢ ܕܘܝܕ ܕܒܬܪ ܝܘܐܒ . * ܘܥܡܣܐ ܡܬܦܠܦܠ ܗܘܐ ܒܕܡܗ . ܘܪܡܐ ܒܫܒܝܠܐ . ܘܟܕ ܚܙܐ 12
ܓܒܪܐ ܕܩܡ ܥܠܘܗܝ ܟܠܗ ܥܡܐ ܠܡܚܙܐ .· ܓܪܗ ܠܥܡܣܐ ܡܢ ܐܘܪܚܐ . ܘܪܡܝܗ ܒܚܩܠܐ .
ܘܪܡܐ ܥܠܘܗܝ ܡܪܛܘܛܗ .· ܟܕ ܚܙܐ ܕܟܠ ܕܥܒܪ ܥܠܘܗܝ . ܩܐܡ ܠܗ .

CAP. XX.

AVdacter autem ſe proferens illic homo 1
quidam nequiſſimus, nomine Samua, filius
Bechri de Benjamin, cecinit buccinâ, & ait,
Non eſt nobis portio cum Davide, neq; hæreditas
cum filio Iſai: ite quilibet in tentorium
ſuũ. Sic retrocedentes omnes Iſraelitæ à Da- 2
vide ſecuti ſunt Samuã filiũ Bechri: filii verò
Judæ adhæſerunt regi ſuo à Jordane uſque in
Jeruſalẽ. (Rex autẽ accipiens decẽ mulieres 3
concubinas quas reliquerat ut domũ cuſtodi-
rent, clauſit eas in domo quadã ut aſſervaren-
tur *ibi*: & ſuſtentavit eas, nec congreſſus eſt
cum ipſis: manſeruntq; in carcere uſq; ad di-
em quo mortuæ ſunt, & fuerunt viduæ.) Tum 4
dixit rex David ad Amaſã, Convoca mihi Ju-
dæos ad tres dies, & tu hic adeſto. Abiit ergò 5
Amaſa ad convocandos Judæos, ſed cùm mo-
ratus eſſet ultra tempus quod condixerat illi
rex David, Ait David Joabo, Nunc negotium 6
faceſſet nobis Samua fili' Bechri pluſquam
Abiſalom. Verùm duc tecũ de ſervis dñi tui,
& perſequere eũ, ne fortè inveniat ſibi civi-
tates munitas, commoretur in eis, & eruat o-
culos noſtros. Itaq; egreſſi ſunt poſt eum ſoda- 7
les Joabi tã nobiles quã milites, omneſq; viri;
greſſi ſunt inquã, è Jeruſalẽ, abieruntque poſt
Samuã filiũ Bechri. Ubĩ ipſi pervenerunt ad 8
lapidem magnũ qui eſt in Gebaon, tranſivit
Amaſa corã eis: Joab autẽ præcinct' erat in-
ſtructu armorũ ſuorũ, & gladi' annexus erat
& appoſit' lumbis ej' pugionis inſtar: is ergò
egreſſus eſt, et incidit man' ej' ſup gladiũ ſuũ.
Ait Joab ad Amaſã, Salve mi frater: cecidit- 9
que man' Joabi ſuper barbã Amaſæ, & oſcu-
lat' eſt eũ. Cúmq; Amaſa non caveret ſibi à 10
gladio qui erat in manu Joabi, percuſſit eum
illo in mediã ipſius partẽ, & ceciderunt viſce-
ra ejus in terram, adeo ut non iterato ei *ictu*
moreretur, deinde Joab & Abiſai frater ejus
perſecuti ſunt Samuã filium Bechari. Quidam 11
autem ex Joabi ſervis abiit, ſtetitque juxta
eum, & ait illi, Quis es apud Davidem qui po-
ſterior eſt Joabo? Amaſa verò proprio in- 12
tinctus ſanguine jacebat in via. Cúmque vi-
deret homo ille conſiſtere univerſum popu-
lum ad ſpectandũ, tractum Amaſam à via pro-
jecit in agrũ, injecitq; ſup eũ palliũ, cùm vide-
ret quemvis prætereuntẽ juxta eũ, conſiſtere.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* اَلفَصلُ العِشرُون * * ووثب هناك رجل اثيم اسمه ساموع بن جاري من قبيلة بنيامين • 1
وهتف في الساقور وقال * ليس لنا مع داود نصيب ولا وراثة مع ابن ايسي * انصرفوا بنا كل انسان الي
منزله * فانصرف جميع بني اسرايل عن داود * واتبعوا ساموع بن جاري * اما بنو يهودا فلحقوا 2
ملكهم * وسبقوه من نهر الاردن الي اورسليم * فاتي داود منزله الذي باورسليم * وعمد الي العشر 3
السراري التي تركهن يحفظن منزله * وصيرهن في بيت علي حدة * واجري عليهن ارزاقا * ولم
يدخل عليهن * وصرن في ضيق وشدة الي يوم وفاتهن * وصرن ارامل * ثم قال الملك لعمسا • 4
اجمع الي بني يهودا الي ثلاثة ايام * وانت اقم عندي ههنا * فانطلق عمسا ليجمع آل يهودا • 5
واحتبس وابطأ عما امر الملك * فقال الملك ليوآب * الآن يكون ساموع بن جاري اشر علينا 6
من ابشالوم * خذ معك عبيد سيدك * وانطلق في طلبه قبل ان يظفر بقري حصينة فياوي
اليها * ويتحصن فيها فيشرع اعيننا * فخرج يوآب وجميع اصحابه الاحرار معه * والاجناد وجميع 7
الابطال خرجوا من اورسليم * وانطلقوا في طلب ساموع بن جاري * فاول ما انتهوا الي الصخرة 8
العظيمة التي بجبعون استقبلهم عمسا • وكان يوآب قد شد عليه سلاحه * وكان سيفه معلقا في غمد
كغلاف الموسي * فلما خرج مد يده الي سيفه * فقال يوآب لعمسا * مرحبا يا اخي واخذ يوآب بلحية 9
عمسا وقبله * ولم يحفظ عمسا من السيف الذي كان في يد يوآب * وضرب به وسطه فوقعت امعاؤه 10
علي الارض فمات * ومر يوآب وابيشي اخوه في طلب ساموع بن جاري * فراي رجل من عبيد 11
يوآب لعمسا مطروحا فقال له * من اين انت * ومن اصحاب من انت * انت من اصحاب داود النبي
الذي مع يوآب * وكان عمسا مرملا بدماه مطروحا في السبيل * فلما راي الرجل ان كل من 12
عبر من العسكر ليقوم فينظر اليه * جره من الطريق فرماه في الحرث * واخذ كساه وبسطه
عليه حيث راي ان كل من عبر يقوم لينظر اليه *

CAP. XX.

PRoſiliens autem ibi vir quidam ſce- 1
lerat', nomine Samua fili' Gari de tribu
Benjamin, buccinâ clanxit, & ait; Non eſt
nobis ſors cũ Davide, neq; hæreditas cũ
filio Iſai: redeamus quiſq; in domiciliũ
ſuũ. Quarè diſcedentes omnes filii Iſrae- 2
lis à Davide, ſecuti ſunt Samuam filium
Gari: filii verò Judæ adhærentes regi
ſuo præceſſerunt eũ à flumine Jordane in
Jeruſalem. Deinde reverſo Davide domũ
ſuã quæ erat in Jeruſalem, Clauſit decem 3
cõcubinas quas reliquerat ad cuſtodiendã
ædem ſuã, et collocavit eas in domo qua-
dã ſeorſim, annonam ſuppeditabat eis, nec
unquã cõgreſſus eſt cũ eis; ubi calamita-
tibus & ærumnis afflictæ ad obitũs ſui
diẽ uſq;, manſerunt viduæ. Tũ dixit rex 4
ad Amaſam, Coge ad me filios Judæ in-
tra triduũ; & tu maneto hîc apud me.
Profectus igitur Amaſa ad cogendã gen- 5
tem Judæ, diutiùs immoratus eſt in man-
dato regis exequendo. Quapropter dixit 6
rex ad Joab, Nunc pernicioſior futur' eſt
nobis Samua filius Gari, quàm Abiſalom:
duc tecũ ſervos domini tui, & vade quæ-
ſitũ illũ antequã obtineat urbes munitas,
ſeſe recipiat ad eas, & in iis ſe muniat,
eruatq; oculos noſtros. Exivit ergò Joab, 7
& omnes amici ejus nobiles; & milites,
omneſq; robuſti exierunt cũ ipſo ex Jeru-
ſalem, abieruntq; quæſitũ Samuam filiũ
Gari. Et ut primùm pervenêre ad petrã 8
magnã quæ eſt in Gabaon, occurrit eis
Amaſa: Joab autem jã præcinxerat ſeſe
armis ſuis, & gladius ejus appenſus erat
in vagina inſtar thecæ novaculæ. Cúmque
egreſſus eſſet, porrexit manũ ſuã ad en-
ſem ſuũ, Dixitq; Joab ad Amaſam, Bene 9
veneris ô mi frater; & apprehenſâ Joab
Amaſæ barbâ, oſculatus eſt eum: Dumq; 10
Amaſa minimè ſibi caveret ab enſe qui
erat in manu Joabi, feriit illo mediam
corporis ejus partem, ita ut caderent vi-
ſcera ejus in terrã, & moreretur. Tum
prætergreſſo Joabo & Abiſai fratre ipſi-
us ad quærendũ Samuam filiũ Gari, Vi- 11
dit quidã è ſervis Joabi Amaſã proſtra-
tũ, & ait illi, unde es tu? & è cujus
amicis es tu? éſne ex amicis Davidis pro-
phetæ qui eſt cum Joabo? Amaſa verò 12
proprio ſanguine illinitus jacebat in via.
Videns autẽ vir ille quòd omnes milites
qui tranſibant, conſiſterent, eumque ſpe-
ctarent; traxit illũ à via, projecitque in
agrum; & detractâ ejus veſte, expandit
eam ſuper ipſũ, cùm vidiſſet omnem præ-
tereuntem conſiſtere ad ſpectandũ illum.

שמואל ב : כ

post vir omnis transivit ,*alta* via de fuit amotus Quando
13 כַּאֲשֶׁר הֹגָה מִן־הַמְסִלָּה עָבַר כָּל־אִישׁ אַחֲרֵי
transivit Et .Bichri filium Sebah *post* persequendum ad Joab
14 יוֹאָב לִרְדֹּף אַחֲרֵי שֶׁבַע בֶּן־בִּכְרִי׃ וַיַּעֲבֹר
omnia & ,mahachah-Beth & ,Abel in Israel tribus omnes *in*
בְּכָל־שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל אָבֵלָה וּבֵית מַעֲכָה וְכָל־
,venerunt Et .eum post *etiam* venerunt & ,sunt congregati & 3 Berim
15 הַבֵּרִים וַיִּקָּלֲהוּ וַיָּבֹאוּ אַף־אַחֲרָיו׃ וַיָּבֹאוּ
effuderunt & ,mahachah-Beth Abelah in eum *super* *angustiarunt* &
וַיָּצֻרוּ עָלָיו בְּאָבֵלָה בֵּית הַמַּעֲכָה וַיִּשְׁפְּכוּ
,populus omnis Et .antemurali in *stetit* & ,civitatem *ad* aggerem
סֹלְלָה אֶל־הָעִיר וַתַּעֲמֹד בַּחֵל וְכָל־הָעָם
clamavit Et .*murum faciendum cadere ad corrumpentes* ,Joab cum qui
16 אֲשֶׁר אֶת־יוֹאָב מַשְׁחִיתִם לְהַפִּיל הַחוֹמָה׃ וַתִּקְרָא
ad obsecro dicite : audite ,Audite :civitate de sapiens mulier
אִשָּׁה חֲכָמָה מִן־הָעִיר שִׁמְעוּ שִׁמְעוּ אִמְרוּ־נָא אֶל־
accessit Et .te ad loquar & ,huc usque Appropinqua : Joab
17 יוֹאָב קְרַב עַד־הֵנָּה וַאֲדַבְּרָה אֵלֶיךָ׃ וַיִּקְרַב
.*Ego* : dixit & ? Joab tu Num : mulier dixit Et .eam ad
אֵלֶיהָ וַתֹּאמֶר הָאִשָּׁה הַאַתָּה יוֹאָב וַיֹּאמֶר אָנִי
.*ego Audiens* : dixit Et .tuæ ancillæ verba Audi : ei dixit Et
וַתֹּאמֶר לוֹ שְׁמַע דִּבְרֵי אֲמָתֶךָ וַיֹּאמֶר שֹׁמֵעַ אָנֹכִי׃
: dicendo ,*principio in* loquebantur Loquendo : dicendo Dixitque
18 וַתֹּאמֶר לֵאמֹר דַּבֵּר יְדַבְּרוּ בָרִאשֹׁנָה לֵאמֹר
Ego .sunt perfecta sic & ,Abel in interrogent Interrogando
19 שָׁאוֹל יְשָׁאֲלוּ בְּאָבֵל וְכֵן הֵתַמּוּ׃ אָנֹכִי
,civitatem interficere *quærens* tu : Israel *fidelium pacificarum*
שְׁלֻמֵי אֱמוּנֵי יִשְׂרָאֵל אַתָּה מְבַקֵּשׁ לְהָמִית עִיר
? Domini hæreditatem *degluties* Quare .Israel in *matrem* &
וְאֵם בְּיִשְׂרָאֵל לָמָּה תְבַלַּע נַחֲלַת יְהוָה׃
,*deglutiam si* ,mihi absit Absit : dixit & ,Joab respondit Et
20 וַיַּעַן יוֹאָב וַיֹּאמַר חָלִילָה חָלִילָה לִּי אִם־אֲבַלַּע
monte de vir *quia* ,*verbum* ita Non .*corrumpam si* &
21 וְאִם־אַשְׁחִית׃ לֹא־כֵן הַדָּבָר כִּי אִישׁ מֵהַר
suam manum levavit ,ejus nomen Bichri filius Sebah Ephraim
אֶפְרַיִם שֶׁבַע בֶּן־בִּכְרִי שְׁמוֹ נָשָׂא יָדוֹ
.civitate *desuper abibo* & , solum illum Tradite : David *in* regem *in*
בַּמֶּלֶךְ בְּדָוִד תְּנוּ־אֹתוֹ לְבַדּוֹ וְאֵלְכָה מֵעַל הָעִיר
projectum ejus caput Ecce : Joab ad mulier Dixitque
וַתֹּאמֶר הָאִשָּׁה אֶל־יוֹאָב הִנֵּה רֹאשׁוֹ מֻשְׁלָךְ
omnem ad mulier venit Et .murum per te ad
22 אֵלֶיךָ בְּעַד הַחוֹמָה׃ וַתָּבוֹא הָאִשָּׁה אֶל־כָּל־
filii Sebah caput absciderunt & ,sua sapientia *in* populum
הָעָם בְּחָכְמָתָהּ וַיִּכְרְתוּ אֶת־רֹאשׁ שֶׁבַע בֶּן־
sunt dispersi & ,buccina in clanxit Et .Joab ad projecerunt & ,Bichri
בִּכְרִי וַיַּשְׁלִכוּ אֶל־יוֹאָב וַיִּתְקַע בַּשּׁוֹפָר וַיָּפֻצוּ
Jerusalaim est reversus Joab Et .sua *tentoria* ad *vir* urbe *desuper*
מֵעַל־הָעִיר אִישׁ לְאֹהָלָיו וְיוֹאָב שָׁב יְרוּשָׁלַם
.Israel exercitum omnem *ad* Joab Et .regem ad
23 אֶל־הַמֶּלֶךְ׃ וְיוֹאָב אֶל כָּל־הַצָּבָא יִשְׂרָאֵל
.Pelethi super & , Cerethi super Jehojadah filius Benajah Et
וּבְנָיָה בֶּן־יְהוֹיָדָע עַל־הַכְּרֵי וְעַל־הַפְּלֵתִי׃
.*commemorans* Achilud filius Jehosaphath & : tributum super Adoram Et
24 וַאֲדֹרָם עַל־הַמַּס וִיהוֹשָׁפָט בֶּן־אֲחִילוּד הַמַּזְכִּיר׃
Hira etiam Et .sacerdotes Ebjathar & ,Sadoc & ; scriba Seia Et
25 וּשְׁיָא סֹפֵר וְצָדוֹק וְאֶבְיָתָר כֹּהֲנִים׃ וְגַם עִירָא
26 .Davidi *sacerdos* erat Jarites
הַיָּאִרִי הָיָה כֹהֵן לְדָוִד׃

Versio VULG. LAT.

13 Amoto ergò illo de via, transibat omnis vir sequens Joab
ad persequendum Seba filium
14 Bochri. Porrò ille transierat
per omnes tribus Israel in
Abelam, & Bethmaacha:
omnésque viri electi con-
15 gregati fuerant ad eum. Venerunt itaque & oppugnabant eum in Abela, & in
Bethmaacha, & circumdederunt munitionibus civitatem,
& obsessa est urbs: omnis
autem turba, quæ erat cum
Joab, moliebatur destruere
16 muros. Et exclamavit mulier
sapiens de civitate; Audite,
audite: dicite Joab; Appropin-
17 qua huc, & loquar tecum. Qui
cùm accessisset ad eam, ait
illi; Tu es Joab? Et ille
respondit, Ego. Ad quem sic
locuta est, Audi sermones
ancillæ tuæ. Qui respondit,
18 Audio. Rursúmque illa; Sermo, inquit, dicebatur in veteri proverbio; Qui interrogant, interrogent in Abela:
19 & sic perficiebant. Nónne
ego sum quæ respondeo veritatem in Israel, & tu quæris
subvertere civitatem, & evertere matrem in Israel? Quarè
præcipitas hæreditatem Do-
20 mini? Respondénsque Joab,
ait; Absit, absit hoc à me: non
præcipito, neque demolior.
21 Non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim, Seba
filius Bochri cognomine, levavit manum suam contra
regem David: tradite illum
solum, & recedemus à civitate. Et ait mulier ad Joab,
Ecce caput ejus mittetur ad
22 te per murum. Ingressa est
ergò ad omnem populum, &
locuta est eis sapienter: qui
abscissum caput Seba filii
Bochri projecerunt ad Joab;
& ille cecinit tubâ, & recesserunt ab urbe, unusquisque
in tabernacula sua: Joab autem reversus est Jerusalem ad
23 regem. Fuit ergò Joab super
omnem exercitum Israel: Banaias autem filius Joiadæ super Cerethæos & Phelethæos.
24 Aduram verò super tributa;
porrò Josaphat filius Ahilud,
25 à commentariis. Siva autem,
scriba; Sadoc verò & Abia-
26 thar, sacerdotes. Ira autem
Jairites erat sacerdos David.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Translatione LATINA.

13 Ἡνίκα δὲ ἔφθασεν ἐκ τῆς τρίβου, παρῆλθε
πᾶς ἀνὴρ Ἰσραὴλ ὀπίσω Ἰωὰβ, τοῦ
14 διῶξαι ὀπίσω Σαβεὲ υἱοῦ Βοχορί. Καὶ
διῆλθεν ἐν πάσαις φυλαῖς Ἰσραὴλ εἰς Ἀβὲλ
καὶ εἰς (†) Βεθμαχά· καὶ πάντες ἐν Χαῤῥὶ
καὶ ἐξεκκλησιάσθησαν, καὶ ἦλθον κατόπισθεν
15 αὐτοῦ. Καὶ παρεγενήθησαν καὶ ἐπολιόρκουν
ἐπ' αὐτὸν ἐν Ἀβὲλ (⸸) καὶ Φερμαχά·
καὶ ἐξέχεαν (ω) πρόσχωμα πρὸς τὴν
πόλιν, καὶ ἔστη ἐν τῷ προτειχίσματι. καὶ
πᾶς ὁ (α) λαὸς ὁ μετὰ Ἰωὰβ ἐνοοῦσαν κα-
16 ταβαλεῖν τὸ τεῖχος. Καὶ ἐβόησε γυνὴ
σοφὴ ἐκ τοῦ τείχους, καὶ εἶπεν, (β) Ἀκούσατε
ἀκούσατε, εἴπατε δὴ (γ) πρὸς Ἰωὰβ,
Ἔγγισον ἕως ὧδε, καὶ λαλήσω πρὸς
17 αὐτόν. Καὶ (δ) προσήγγισε πρὸς αὐτήν.
καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ, Εἰ σὺ εἶ Ἰωάβ; ὁ δὲ εἶπεν,
Ἐγώ. εἶπε δὲ αὐτῷ, Ἄκουσον τοὺς λόγους
τῆς δούλης σου. καὶ εἶπεν Ἰωὰβ, Ἀκούω
18 ἐγώ εἰμι. Καὶ εἶπε λέγουσα, Λόγον
ἐλάλησαν ἐν πρώτοις, λέγοντες, Ἠρωτημένος
(ε) ἠρωτήθη ἐν τῇ Ἀβὲλ καὶ ἐν
Δὰν εἰ ἐξέλιπον ἃ ἔθεντο οἱ πιστοὶ τοῦ Ἰσραήλ.
ἐρωτῶντες ἐπερωτήσουσιν ἐν Ἀβὲλ,
19 καὶ οὕτως εἰ ἐξέλιπον. Ἐγώ εἰμι εἰρηνικὰ
τῶν στηριγμάτων Ἰσραήλ· σὺ δὲ ζητεῖς
θανατῶσαι πόλιν καὶ μητρόπολιν ἐν Ἰσραήλ.
(ζ) ἱνατί καταποντίζεις κληρο-
20 νομίαν κυρίου; Καὶ ἀπεκρίθη Ἰωὰβ,
καὶ εἶπεν, (η) Ἵλεώς μοι ἵλεώς μοι, εἰ κα-
21 ταποντιῶ καὶ εἰ (θ) φθερῶ. Οὐχ (ι) οὕτως
ὁ λόγος, ὅτι ἀνὴρ ἐξ ὄρους Ἐφραίμ,
Σαβεὲ υἱὸς Βοχορὶ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ἐπῆρε
τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν βασιλέα Δαυίδ.
δότε αὐτόν μοι μόνον, καὶ ἀπελεύσομαι
ἀπάνωθεν τῆς πόλεως. καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ
πρὸς Ἰωὰβ, (κ) Ἰδοὺ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ (λ)
22 ῥιφήσεται πρὸς σὲ διὰ τοῦ τείχους. Καὶ
εἰσῆλθεν ἡ γυνὴ πρὸς πάντα τὸν λαὸν,
καὶ ἐλάλησε πρὸς πᾶσαν τὴν πόλιν ἐν
τῇ σοφίᾳ αὐτῆς. καὶ ἀφεῖλε τὴν
κεφαλὴν Σαβεὲ υἱοῦ Βοχορί· καὶ ἀφεῖλε
καὶ ἔβαλε πρὸς Ἰωάβ. καὶ ἐσάλπισεν
(μ) ἐν κερατίνῃ, καὶ διεσπάρησαν
ἀπὸ τῆς πόλεως ἀπ' αὐτοῦ ἀνὴρ εἰς τὰ
σκηνώματα αὐτοῦ. καὶ Ἰωὰβ ἀπέστρεψεν
23 εἰς Ἱερουσαλὴμ πρὸς τὸν βασιλέα. Καὶ
(ν) ὁ Ἰωὰβ πρὸς πάσῃ τῇ δυνάμει Ἰσραήλ·
καὶ Βαναίας υἱὸς Ἰωδαὲ ἐπὶ τοῦ (ξ)
24 Χερεθὶ, καὶ ἐπὶ τοῦ Φελεθί· Καὶ Ἀδωνιρὰμ
ἐπὶ τοῦ φόρου· καὶ (ο) Ἰωσαφὰθ υἱὸς Ἀχιλοὺθ
25 ἀναμιμνήσκων· Καὶ (π) Σουσὰ γραμ-
26 ματεύς· καὶ Σαδὼκ καὶ Ἀβιάθαρ ἱερεῖς· Καί
γε Ἰρὰς ὁ (ρ) Ἰαρὶν ἦν ἱερεὺς τῷ
Δαυίδ.

Postquàm autem declinavit de 13
via, præteriit omnis vir Israel
post Joab, ad persequendum post
Sabee filium Bochori. Et trans- 14
iit in omnibus tribubus Israel
in Abel, & in Bethmacha, &
(i) omnes in Charri, & congregati
sunt, & venerunt post
eum. Et advenerunt, & obsederunt 15
super eum in Abel, & in
(k) Phermacha. Et effuderunt
aggerem erga civitatem: & stetit
in antemurali. Et omnis populus,
qui cum Joab, cogitaverunt
dejicere murum. Et clamavit 16
mulier sapiens de muro,
& dixit; Audite, audite. Dicite
nunc ad Joab, Appropinqua
usque huc: & loquar ad
eum. Et appropinquavit ad eam. 17
Et dixit mulier, Si tu es Joab?
At ille dixit, Ego. Dixit
autem ad eum, Audi verba
servæ tuæ. Et dixit Joab, Audio
equidem. Et dixit dicens; 18
Verbum locuti sunt in primis,
dicentes; (l) Interrogando interrogatus
est in Abel, & in
Dan, si defecerunt, quæ posuerunt
fideles Israel. Interrogantes
interrogabunt in Abel, & ita si
defecerunt. Ego sum pacifica de 19
firmamentis Israel. Tu autem
quæris mortificare civitatem, et
metropolim in Israel. Ut quid
demergis hæreditatē Domini? Et 20
respondit Joab, & dixit; Propitiꝰ
mihi, propitiꝰ mihi, si demergam,
et si corrumpā. Non sic verbum, 21
quia vir de monte Ephrem,
Sabee filius Bochori nomen ejus,
& elevavit manū suā super regē
David. Date eum mihi solū:
& abibo desuper civitate. Et
dixit mulier ad Joab; Ecce
caput ejꝰ jacietur ad te per murum.
Et intravit mulier ad universum 22
populum, & locuta est
ad universam civitatem in sapientia
sua. Et (m) abstulit caput
Sabee filii Bochori: & abstulit,
& jecit ad Joab. Et clanxit
in cornea: & dispersi sunt à
civitate (n) ab eo vir in tabernacula
sua. Et Joab revertit in
Hierusalem ad regem. Et Joab 23
(o) ad omnem virtutem Israel:
Et Banæas filius Jodae (p)
super Cherethi, & super Phelethi.
Et Adoniram super 24
tributum: & Josaphath filius
Achiluth (q) commonefaciens.
Et Susa scriba: & Sadoc, & 25
Abiathar sacerdotes. Et e- 26
tiam (r) Iras, qui Jarin, erat
sacerdos ipsi David.

MS. A. (†) Βηθμαχά· (⸸) ἐν Βηθμαχά· (ω) πρόσχωμα (α) λαὸς μετ' (β) Ἀκούσατε, εἴπατε (γ) πρὸς τὸν Ἰωὰβ, Ἔγγισον ὧδε, (δ) ἤγγισεν (ε) ἠρωτήθην (ζ) καὶ ἱνατί (η) Ἵλεως, ἵλεώς μοι, (θ) διαφθερῶ. (ι) οὗτος (κ) Ἰδοὺ κεφαλὴ (λ) ῥιφήσεται διὰ τοῦ (μ) ἐν τῇ κερατίνῃ, (ν) Ἰωὰβ (ξ) Χερεθθεὶ καὶ Φελεθθεί· (ο) Ἰωσαφὰτ (π) Ἰσουὰ (ρ) Ἰαειρεὶ ἦν ἱερεὺς τοῦ Δαυίδ.

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

13 כַּד אַפְנְיֵהּ מִן כַּבְשָׁא עֲבַר כָּל גַּבְרָא בָּתַר יוֹאָב לְמִרְדַּף בָּתַר שֶׁבַע בַּר בִּכְרִי׃ וַעֲבַר
14 בְּכָל שִׁבְטַיָּא דְיִשְׂרָאֵל לְאָבֵלָה וּבֵית מַעֲכָה וְכָל בֵּירִין וְאִתְכְּנִישׁוּ וַאֲתוֹ אַף אִנּוּן בַּתְרוֹהִי
15 ׃ וַאֲתוֹ וְצָרוּ עֲלוֹהִי בְּאָבֵל בֵּית מַעֲכָה וּצְבַרוּ מַלְיָתָא עַל קַרְתָּא וְאַקִּיפָהּ מַשְׁרְיָן וְכָל
16 עַמָּא דְּעִם יוֹאָב מִתְעַשְּׁתִין לְחַבָּלָא שׁוּרָא׃ וּקְרָת אִתְּתָא חַכִּימְתָא מִן קַרְתָּא שְׁמַעוּ
17 שְׁמַעוּ אִמְרוּ כְעַן לְיוֹאָב קְרַב עַד הָכָא וַאֲמַלֵּל עִמָּךְ׃ וּקְרֵיב לְוָתַהּ וַאֲמַרַת אִתְּתָא הַאַתְּ יוֹאָב
18 וַאֲמַר אֲנָא וַאֲמַרַת לֵיהּ שְׁמַע פִּתְגָּמֵי אַמְתָךְ וַאֲמַר שָׁמַע אֲנָא׃ וַאֲמַרַת לְמֵימַר אִדְּכַּר
כְּעַן מַה דִּכְתִיב בְּסִפְרָא אוֹרַיְתָא לְמִשְׁאַל בְּקַרְתָּא בְּקַדְמִין לְמֵימַר הַכְדֵין הֲוָה לָךְ לְמִשְׁאַל
19 בְּאָבֵל אִם מַשְׁלְמִין׃ אֲנַחְנָא שָׁלְמִין בְּהֵימָנוּתָא עִם יִשְׂרָאֵל דְּאַתְּ בָּעֵי לְחַבָּלָא קַרְוָא
20 דְּהִיא כְּרַךְ רַב וְאִמָּא בְּיִשְׂרָאֵל לְמָא תְקַלְקֵל אַחְסָנַת עַמָּא דַּייָ׃ וַאֲתֵיב יוֹאָב וַאֲמַר חַס
21 חַס לִי אִם אֲקַלְקֵל וְאִם אֲחַבֵּל׃ לָא כֵן פִּתְגָּמָא אֲרֵי גַּבְרָא מִטּוּרָא דְּבֵית אֶפְרַיִם שֶׁבַע
בַּר בִּכְרִי שְׁמֵיהּ אֲרִים יְדֵיהּ בְּמַלְכָּא בְּדָוִד הַבוּ יָתֵיהּ בִּלְחוֹדֵיהּ וְאֵהָךְ מֵעַל קַרְתָּא
22 וַאֲמַרַת אִתְּתָא לְיוֹאָב הָא רֵישֵׁיהּ מִתְרְמֵי לָךְ מִן שׁוּרָא׃ וַאֲתַת אִתְּתָא לְוָת כָּל
עַמָּא בְּחוּכְמְתַהּ וּפְסַקוּ יַת רֵישׁ שֶׁבַע בַּר בִּכְרִי וּרְמוֹ לְיוֹאָב וּתְקַע בְּשׁוֹפָרָא וְאִתְבַּדַּרוּ
23 מֵעַל קַרְתָּא גְּבַר לְקִרְוֹהִי וְיוֹאָב תָּב לִירוּשְׁלֶם לְוָת מַלְכָּא׃ וְיוֹאָב מְמַנָּא עַל כָּל
24 חֵילָא דְיִשְׂרָאֵל וּבְנָיָה בַּר יְהוֹיָדָע עַל קַשָּׁתַיָּא וְעַל קַלָּעַיָּא׃ וַאֲדוֹרָם מְמַנָּא עַל מַסְּקֵי
25 מִסִּין וִיהוֹשָׁפָט בַּר אֲחִילוּד מְמַנָּא עַל דּוּכְרָנַיָּא׃ וּשְׁיָא סָפְרָא וְצָדוֹק וְאֶבְיָתָר כַּהֲנַיָּא׃
26 וְאַף עִירָא יָאִירָאָה דְּמִתְּקוֹעַ הֲוָה רַב לְדָוִד׃

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

Quando avertit illū ex strata, transivit omnis vir post Joab ad persequen- 13
dum post Sebagh filium Bichri. Et transivit per omnes tribus Israel 14
usque ad Abel & Beth-Maghacah, & omnia [*loca*] Berin: & congregati
sunt & venerunt etiam ipsi post illum. Et venerunt & coarctaverunt 15
illum in Abel & Beth-Maghacah, & acervarunt aggerem super urbem,
& obsederunt eam castra, & omnis populus qui erat cum Joab cogitabant
destruere murum. Et clamavit mulier sapiens ex urbe: Audite, 16
audite; dicite quæso ad Joab: Accede hucusque, & loquar tecum. Et ac- 17
cessit ad illam: & dixit mulier, Num tu Joab? & dixit, Ego sum: &
dixit illi, Audi verba ancillæ tuæ: & dixit, Audio ego. Et dixit dicendo: 18
Memento nunc id quod scriptum est in libro Legis, ut interrogarent in
urbe antiquitus dicendo, Itane sic fuit tibi ut quæreres in Abel, num
pacifici? Nos pacifici sumus in fidelitate cum Israel, & tu quæris dissipare 19
urbem quæ est ipsa munitio magna & mater in Israel: ut quid corrumpes
hæreditatē populi Domini? Et respondit Joab & dixit: Absit, absit à me ut 20
corrumpam & dissipem. Non sic res est: nam vir de monte domus Ephra- 21
im, Sebagh filius Bichri nomen ejus, levavit manum suam in regem David,
date illum solum, & abibo desuper urbem: & dixit mulier ad Joab,
Ecce caput ejus projicitur tibi de muro. Et venit mulier ad omnem po- 22
pulum in sapientia sua, & absciderunt caput Sebagh filii Bichri, & projecerūt
ad Joab: & clanxit in buccina, & dispersi sunt desuper urbē unusquisq;
in civitatē suā; & Joab rediit in Jerusalē ad regē. Et Joab præfectꝰ 23
erat super omnē exercitū Israel, & Benajah filiꝰ Jehojadagh super jacula-
tores & super fundibularios: Et *Adoram* præfectꝰ super allatores tribu- 24
torum, & Jehosaphat filius Ahhilud præfectus super monimenta. Et 25
Sia scriba: & Szadok & Abiathar sacerdotes. Et etiam Ghira *Jairites*, 26
qui erat ex Thecoagh, fuit princeps Davidi.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܘܟܕ ܥܒܪܗ ܡܢ ܫܒܝܠܐ܂ ܥܒܪ ܟܠܢܫ ܒܬܪܗ ܕܝܘܐܒ܂ ܘܐܙܠ ܒܬܪ ܫܡܘܥ ܒܪ 13
ܒܟܪܝ܂ ܠܡܪܕܦ ܒܬܪܗ܂ * ܘܥܒܪܘ ܒܟܠܗܘܢ ܫܒܛܐ ܕܐܝܣܪܝܠ܂ ܠܐܒܠ ܘܠܒܝܬ 14
ܡܥܟܐ܂ ܘܟܠܗ ܩܘܪܝܐ܂ ܘܐܙܠܘ ܒܬܪܗ܂ * ܘܐܬܘ ܘܟܪܟܘܗܝ ܒܐܒܠ ܘܒܒܝܬ ܡܥܟܐ܂ 15
ܘܐܫܦܟܘ ܣܘܟܬܐ ܥܠ ܡܕܝܢܬܐ܂ ܘܩܡܬ ܒܩܘܒܠܐ܂ ܘܟܠܗ ܥܡܐ ܕܥܡ ܝܘܐܒ܂ ܡܚܒܠܝܢ
ܗܘܘ ܠܡܪܡܝܘ ܫܘܪܐ܂ * ܘܩܪܬ ܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܚܟܝܡܬܐ ܡܢ ܫܘܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ܂ ܘܐܡܪܐ܂ ܫܡܥܘ 16
ܫܡܥܘ܂ ܘܐܡܪܘ ܠܝܘܐܒ܂ ܩܪܘܒ ܠܗܪܟܐ܂ ܘܐܡܠܠ ܥܡܟ܂ * ܘܩܪܒ ܠܘܬܗ܂ ܘܐܡܪܐ ܠܗ܂ ܐܢܬ 17
ܗܘ ܝܘܐܒ܂ ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܐܢܐ ܗܘ܂ ܐܡܪܐ ܠܗ܂ ܫܡܥ ܡܠܝ ܐܡܬܟ܂ ܐܡܪ܂ ܫܡܥ ܐܢܐ܂
* ܐܡܪܐ ܐܢܬܬܐ܂ ܡܐܡܪ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܩܕܝܡ܂ ܕܡܫܐܠܘ ܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܒܢܒܝܐ 18
ܘܗܝܕܝܢ ܡܚܪܒܝܢ ܗܘܘ܂ * ܐܢܐ ܦܪܥܐ ܫܘܠܡܐ ܐܢܐ ܕܐܝܣܪܝܠ܂ ܕܬܩܛܘܠ ܐܢܬ ܛܠܝܐ 19
ܥܡ ܐܡܗ ܒܐܝܣܪܝܠ܂ ܘܬܛܒܥ ܝܪܬܘܬܗ ܕܡܪܝܐ܂ * ܥܢܐ ܝܘܐܒ܂ ܘܐܡܪ ܠܗ܂ ܚܣ 20
ܠܝ܂ ܠܐ ܐܛܒܥ܂ ܘܠܐ ܐܚܪܒ܂ * ܠܐ ܗܘܐ ܗܟܢܐ܂ ܐܠܐ ܓܒܪܐ ܚܕ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܐܦܪܝܡ܂ ܫܡܗ 21
ܫܡܘܥ ܒܪ ܒܟܪܝ܂ ܐܘܫܛ ܐܝܕܗ ܥܠ ܡܠܟܐ ܕܘܝܕ܂ ܘܗܒܘܗܝ ܠܝ ܠܚܘܕܘܗܝ܂ ܘܐܙܠ
ܠܝ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ܂ ܐܡܪܐ ܠܗ ܐܢܬܬܐ ܠܝܘܐܒ܂ ܗܐ ܪܫܗ ܢܫܬܕܐ ܠܟ ܡܢ ܫܘܪܐ܂ * ܘܐܙܠܬ 22
ܐܢܬܬܐ ܠܘܬ ܟܠܗ ܥܡܐ ܒܚܟܡܬܗ܂ ܘܦܣܩܘ ܪܫܗ ܕܫܡܘܥ ܒܪ ܒܟܪܝ܂ ܘܫܕܘܗܝ
ܠܝܘܐܒ܂ ܘܩܪܐ ܝܘܐܒ ܒܩܪܢܐ܂ ܘܦܪܩܘ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܙܠܘ ܐܢܫ ܠܡܫܟܢܗ܂
ܘܗܦܟ ܝܘܐܒ ܠܐܘܪܫܠܡ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܘܝܕ܂ * ܘܝܘܐܒ܂ ܥܠ ܟܠܗ ܚܝܠܐ ܗܘܐ ܕܐܝܣܪܝܠ܂ 23
ܘܒܢܝܐ ܒܪ ܝܘܝܕܥ܂ ܥܠ ܚܐܪܐ ܘܥܠ ܦܠܚܐ܂ * ܘܐܕܘܪܡ܂ ܥܠ ܡܟܣܐ܂ ܘܝܗܘܫܦܛ ܒܪ 24
ܐܚܝܠܘܕ܂ ܡܥܗܕܢܐ܂ * ܣܪܝܐ ܣܦܪܐ܂ ܘܨܕܘܩ ܘܐܒܝܬܪ܂ ܟܗܢܐ܂ * ܘܐܦ ܥܝܪܐ ܕܡܢ ܝܬܝܪ 25 26
ܗܘܐ ܟܗܢܐ ܠܕܘܝܕ܂

Et cùm traxiſſet eum à via, tranſivit quiſque 13
poſt Joabum, & inſecutus eſt Samuam filium Bechri ad procedendum in eum. Et 14
tranſountes per omnes tribus Iſraelis, per
Abel, Beth-maacha, perque omnes civitates,
inſecuti ſunt eum: Tum demum obſederunt 15
eum in Abel & in Beth-maacha, poſitiſque
adverſus civitatem inſidiis manſit obſeſſa, &
univerſus populus qui erat cum Joabo, contendebant murum dejicere. Clamans au- 16
tem mulier quædam ſapiens è muro civitatis,
ait; Audite, audite, & dicite Joabo, Accede
huc ut alloquar te. Cui, quum acceſſiſſet ad 17
eam, dixit, Tune es Joab? Reſpondit illi,
Ego ſum. Dixit ad eum, Audi verba ancillæ tuæ. Reſpondit, Audio. Dixit mulier, 18
Dicto ferebatur antiquitùs quòd ſedulò
conſulebant prophetas, ac tum vaſtabant.
Mihine ſolvendæ ſunt pœnæ pro Iſraele, ut 19
velis interficere puerum cum matre ſua in
Iſraele, & obruere hæreditatem Domini?
Reſpondens Joab dixit illi, Abſit *procul* à 20
me: nec obruam, nec vaſtabo. Non ita ſe 21
res habet, ſed homo quidam de monte Aphrem, cujus nomen eſt Samua, filius Bechri,
extendit manus contra regem Davidem;
hunc unum date mihi, & abſcedam à civitate. Dixit mulier ad Joab, Mox projicietur
ad te caput ejus per murum. Et adiens mu- 22
lier illa univerſum populum cum prudentia
ſua, *egit* ut amputârint caput Samua filii
Bechri, & projecerint illud ad Joabum.
Tum buccinâ canente Joabo, receſſerunt à
civitate & receperunt ſe quiſque in tentorium ſuum, reverſuſque eſt Joab in Jeruſalem ad regem Davidem. Joab autem præ- 23
erat toti militiæ Iſraeliticæ: Benaja verò
filius Jojadæ, nobilibus & militibus. Adoniram, vectigalibus: Joſaphat filius Ahilud 24
erat à memoria: Sarja, ſcriba: Sadoc & 25
Abithar, ſacerdotes. Et Aza etiam Jathirites erat ſacerdos Davidis. 26

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* فلما جن عن الطريق جاز الاجناد وتبعوا يواب * وانطلقوا في طلب ساموع بن جاري • 13
* وطلبوه في جميع قبايل بني اسرايل * وطلبوه في ءابل وبيت معكا * وجميع القرى * ولم يزالوا 14 15
يفحصوا عنه ويطلبوه حتي وجدوه في ءابل بيت معكا * واحاطوا بها * وكمنوا على القرية * وحاصروها •
وصاروا اهلها في ضيق شديد * وكان جميع الذين مع يواب من المقاتلة يعالجون السور
ويهدمونه * فنادت امراءة حكيمة من فوق السور وقالت * اسمعوا اسمعوا وقولوا ليواب * ادن ههنا 16
حتي اقول لك * فدنا منها * فقالت انت يواب * فقال لها انا يواب * قالت له اسمع كلام ءامتك * قال 17
تكلمي فاني اسمعك * قالت له * قد كان الناس يقولون قبل اليوم * ان الذين يريدون ان 18
يهلكوا قوما * يساءلون بالانبياء هل يستحقون ذلك ثم يفعلون * ايلزمني العقاب عن جميع 19
بني اسرايل * فيما يقضي الذي يريد ان يقتل الطفل والدته بين بني اسرايل * لا تفسد ميراث
الرب * ولا تقتل من لم يجب عليه القتل * فرد عليها يواب قايلا * حاشا لله ان افعل ذلك * ولا 20
افسد ولا اهلك * ليس الامر كما تظنين * ولكن عندكم رجلا من جبل افرام اسمه ساموع بن 21
جاري * عصي على الملك * واراد ان يمد يده الي ما لا يقوي به من امر الملك * ادفعوه الي
وحده وانا منصرف عنكم * قالت المراءة ليواب الان نرمي لك براسه من فوق السور * وانطلقت 22
المراءة الي جميع اهل القرية بحكمتها * وقالت لهم ذلك * فاجتمعوا وضربوا عنق ساموع بن جاري *
ورموا راسه من فوق السور الي يواب * فنفخ يواب في القرن * وتنحت الاجناد عن القرية * وانصرف
كل امرء الي بيته * ورجع يواب الي اورشليم الي الملك * وكان يواب على جميع اجناد بني اسرايل * 23
وحربة الملك معه * وكان بنايا بن يوياداع على الاحرار والخدم * وادونيرام علي الخراج * ويوسافاط 24
بن احيلود مذكرا للملك * صاحب مؤامرته * وساريا كاتب الملك * وصادوق وابيثار حبرين * وعانا 25 26
الذي من يايير ايضا صار حبرا *

Cúmq; traxiſſet eum à via, progreſſi ſunt 13
milites, & Joabum ſecuti abierunt quæſitũ Samuam filium Gari. Quæſierunt 14
autem illũ in omnibus tribubus Iſraelitarum, & quæſierunt eum in Abel, & in
Beth-maacha, & in omnibus civitatibus: Et non deſtiterunt ab eo explorando 15
& inquirendo, donec invenirent eum in
Abel Bethmaachæ. Igitur obſederunt eũ,
& poſitis circum urbem inſidiis cinxerunt
eã aggeribus, ita ut cives ejus in ſummã
redacti eſſent miſeriam: omnes præterea
bellatores qui erant cum Joabo, murum
perurgebant, ac deſtruebant. Inclamans 16
autem mulier quædam ſapiens ab altis
mœnibus, ait; Audite, audite, & dicite
Joabo, Accedas huc ut alloquar te. Cui 17
ad ſe accedenti dixit, Túne es Joab? Reſpondit illi, Ego ſum Joab. Ait ad eũ, Audi verba ancillæ tuæ. Reſpondit, Loquere;
nam audio te. Dixit ei, Aiebant homines 18
anteactis diebus quòd qui gentem aliquam
perdere volebant, ſciſcitabantur à prophetis an id mererentur, ac tum executioni mandabant. Num debentur mihi pœnæ 19
pro omnibus Iſraelitis, eo ſententiã ferente qui perimere vult infantem cum genitrice ſua inter Iſraelitas? ne evertas hæreditatem Domini, néve interficias eũ qui
necem haud meretur. Reſpondit illi Joab 20
dicens, Haud faxit Deus ut id agam:
neq; evertã, neq; perdã. Non ita ſe res 21
habet ut exiſtimas, ſed virũ habetis apud
vos de monte Aphrem, nomine Samuam
filiũ Gari, qui rebellavit adverſùs regem,
& manũ ſuam extendere voluit ad negotiũ regiũ cui eſt impar; ipſũ ſolũ mihi
tradite, & abſcedã à vobis. Dixit mulier
illa Joabo, Mox dejiciemus ad te caput
ejus è muro. Et adiens mulier cives omnes 22
cũ ſapientia ſua, retulit hoc eis: qui congregati amputârunt cervicem Samuæ filii
Gari, & dejecerunt caput ejus è muro ad
Joabum. Tũ buccinã clangente Joabo,
amoverunt ſe milites ab urbe, recepitq; ſe
quiſq; domũ ſuã: Joab autem reverſus
eſt Jeruſalem ad regem. Cæterùm Joab 23
præerat omnibus militibus filiorũ Iſrael,
& lanceam regis ipſe portabat: Banaja
filius Jojadaa præerat nobilibus & famulis: Adoniram præerat vectigalibus: 24
Joſaphat filius Achilud erat à commentariis regis, à conſiliis ejus: Saria, ſcriba 25
regis: Sadoc autem, & Abithar, ſacerdotes: Et Aza qui erat ex Jair, factus 26
eſt etiam ſacerdos.

שמואל ב: כא

CAP. XXI. כא

poſt anno ,annis tribus David diebus in fames fuit Et
1 וַיְהִי רָעָב בִּימֵי דָוִד שָׁלֹשׁ שָׁנִים שָׁנָה אַחֲרֵי
dixit & *: Domini facies* David requiſivit Et .annum
שָׁנָה וַיְבַקֵּשׁ דָּוִד אֶת־פְּנֵי יְהוָה ∘ וַיֹּאמֶר
quòd *ſuper ,ſanguinum domum ad* & ,Saul *Ad* : DOMINUS
יְהוָה אֶל־שָׁאוּל וְאֶל־בֵּית הַדָּמִים עַל־אֲשֶׁר־
, Ghibhonitas *ad* rex vocavit Et .Ghibhonitas interfecit
2 הֵמִית אֶת־הַגִּבְעֹנִים׃ וַיִּקְרָא הַמֶּלֶךְ לַגִּבְעֹנִים
, *ipſi* Iſrael filiis de non Ghibhonitæ Et : eos ad dixit &
וַיֹּאמֶר אֲלֵיהֶם וְהַגִּבְעֹנִים לֹא מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל הֵמָּה
: eis juraverunt Iſrael filii & ,Emoræorum *reſiduo de quin*
כִּי אִם־מִיֶּתֶר הָאֱמֹרִי וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל נִשְׁבְּעוּ לָהֶם
.Jehudah & , Iſrael *filiis ipſum zelando in* ,eos percutere Saul quæſivit &
וַיְבַקֵּשׁ שָׁאוּל לְהַכֹּתָם בְּקַנֹּאתוֹ לִבְנֵי־יִשְׂרָאֵל וִיהוּדָה׃
, vobis faciam Quid : Ghibhonitas ad David Dixitque
3 וַיֹּאמֶר דָּוִד אֶל־הַגִּבְעֹנִים מָה אֶעֱשֶׂה לָכֶם
? DOMINI hæreditati *benedicite &* , expiabo quo *in* &
וּבַמָּה אֲכַפֵּר וּבָרְכוּ אֶת־נַחֲלַת יְהוָה׃
cum *aurum & argentum* nobis Non ; Ghibhonitæ ei Dixeruntque
4 וַיֹּאמְרוּ לוֹ הַגִּבְעֹנִים אֵין־לִי כֶּסֶף וְזָהָב עִם־
interficere virum nobis non & , ejus *domo* cum & , Saul
שָׁאוּל וְעִם־בֵּיתוֹ וְאֵין־לָנוּ אִישׁ לְהָמִית
.vobis faciam , *dicentes vos Quod* : dixit Et .Iſrael in
בְּיִשְׂרָאֵל וַיֹּאמֶר מָה־אַתֶּם אֹמְרִים אֶעֱשֶׂה לָכֶם׃
cogitavit qui & ,nos conſumpſit qui , *Viri* : regem ad Dixeruntque
5 וַיֹּאמְרוּ אֶל־הַמֶּלֶךְ הָאִישׁ אֲשֶׁר כִּלָּנוּ וַאֲשֶׁר דִּמָּה־
nobis Dentur : Iſrael termino omni in *ſtando à diſperderemur nos in*
6 לָנוּ נִשְׁמַדְנוּ מֵהִתְיַצֵּב בְּכָל־גְּבֻל יִשְׂרָאֵל׃ יֻנְּתַן־לָנוּ
Ghibhah in Domino eos *ſtrangulabimus* &,ejus filiis è viri ſeptem
שִׁבְעָה אֲנָשִׁים מִבָּנָיו וְהוֹקַעֲנוּם לַיהוָה בְּגִבְעַת
pepercit Et .dabo Ego ;rex Dixitque .Domini electi Saul
7 שָׁאוּל בְּחִיר יְהוָה וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ אֲנִי אֶתֵּן׃ וַיַּחְמֹל
ſuper , Saul filii , Jonathan filio Mephiboſeth *ſuper* rex
הַמֶּלֶךְ עַל־מְפִיבֹשֶׁת בֶּן־יְהוֹנָתָן בֶּן־שָׁאוּל עַל־
Jonathan inter & ,David inter ,eos inter quod Domini juſjurandum
שְׁבֻעַת יְהוָה אֲשֶׁר בֵּינֹתָם בֵּין דָּוִד וּבֵין יְהוֹנָתָן
filiæ Riſpah filios duos rex tulit Et .Saul filium
8 בֶּן־שָׁאוּל׃ וַיִּקַּח הַמֶּלֶךְ אֶת־שְׁנֵי בְּנֵי רִצְפָּה בַת־
; Mephiboſeth & ,Armoni ,Saul ipſi peperit quos , Ajah
אַיָּה אֲשֶׁר יָלְדָה לְשָׁאוּל אֶת־אַרְמֹנִי וְאֶת־מְפִבֹשֶׁת
peperit quos , Saul filiæ Michal filios quinque &
וְאֶת־חֲמֵשֶׁת בְּנֵי מִיכַל בַּת־שָׁאוּל אֲשֶׁר יָלְדָה
manu in eos dedit Et .Mecholatitæ Barzillai filio Hadriel ipſi
9 לְעַדְרִיאֵל בֶּן־בַּרְזִלַּי הַמְּחֹלָתִי׃ וַיִּתְּנֵם בְּיַד
ceciderunt & ,*Domini facies ad* monte in eos *ſtrangulaverunt* & ,Ghibhonitarum
הַגִּבְעֹנִים וַיֹּקִיעֻם בָּהָר לִפְנֵי יְהוָה וַיִּפְּלוּ
primis in meſſis diebus in fuerunt occiſi ipſi & :pariter hi ſeptem
שְׁבַעְתָּיִם יָחַד וְהֵם הֻמְתוּ בִּימֵי קָצִיר בָּרִאשֹׁנִים
,ſaccum Ajah filia Riſpah tulit Et .*hordeorum* meſſis principio in
10 תְּחִלַּת קְצִיר שְׂעֹרִים׃ וַתִּקַּח רִצְפָּה בַת־אַיָּה אֶת־הַשַּׂק
ſtillaret donec ,meſſis principio à petram *ad* ſibi eum extendit &
וַתַּטֵּהוּ לָהּ אֶל־הַצּוּר מִתְּחִלַּת קָצִיר עַד נִתַּךְ־
cœlorum *volucrem dedit* non & : cœlis è eos ſuper aqua
מַיִם עֲלֵיהֶם מִן־הַשָּׁמַיִם וְלֹא־נָתְנָה עוֹף הַשָּׁמַיִם
.nocte agri beſtiam *&* , die eos ſuper requieſcere
לָנוּחַ עֲלֵיהֶם יוֹמָם וְאֶת־חַיַּת הַשָּׂדֶה לָיְלָה׃
Ajah filia Riſpah fecerat quod David eſt nunciatum Et
11 וַיֻּגַּד לְדָוִד אֵת אֲשֶׁר־עָשְׂתָה רִצְפָּה בַת־אַיָּה
.Saul *pellex*
פִּלֶגֶשׁ שָׁאוּל׃

Verſio VULG. LAT.

CAP. XXI.

1 FActa eſt quoque fames in diebus David tribus annis jugiter : & conſuluit David oraculum Domini. Dixítque Dominus ; Propter Saul, & domum ejus ſanguinum, quia 2 occîdit Gabaonitas. Vocatis ergò Gabaonitis, rex dixit ad eos. (Porrò Gabaonitæ non erant de filiis Iſrael, ſed reliquiæ Amorrhæorum : filii quippe Iſrael juraverant eis, & voluit Saul percutere eos zelo, quaſi pro filiis Iſrael & 3 Juda.) Dixit ergò David ad Gabaonitas, Quid faciam vobis ? & quod erit veſtri piaculum, ut benedicatis hære4ditati Domini ? Dixerúntque ei Gabaonitæ; Non eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio, ſed contra Saul, & contra domum ejus : neque volumus ut interficiatur homo de Iſrael. 5 Ad quos rex ait, Quid ergò vultis ut faciam vobis? Qui dixerunt regi ; Virum, qui attrivit nos & oppreſſit iniquè, ita delere debemus, ut ne unus quidem reſiduus ſit de ſtirpe ejus in cunctis finibus 6 Iſrael. Dentur nobis ſeptem viri de filiis ejus, ut crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul, quondam electi Domini. Et ait rex, Ego da7bo. Pepercítque rex Miphiboſeth filio Jonathæ filii Saul, propter juſjurandum Domini, quod fuerat inter David & inter Jonathan filium Saul. 8 Tulit itaque rex duos filios Reſpha filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboſeth : & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzel9lai, qui fuit de Molathi, Et dedit eos in manus Gabaonitarum : qui crucifixerunt eos in monte coram Domino : & ceciderunt hi ſeptem, ſimul occiſi in diebus meſſis primis, incipiente meſſione hordei. 10 Tollens autem Reſpha filia Aia cilicium, ſubſtravit ſibi ſupra petram, ab initio meſſis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cœlo : & non dimiſit aves lacerare eos per diem, neque 11 beſtias per noctem. Et nuntiata ſunt David quæ fecerat Reſpha, filia Aia, concubina Saul.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Tranſlatione LATINA.

ΚΕΦ. κά.

1 ΚΑὶ ἐγένετο λιμὸς ἐν ταῖς ἡμέραις Δαυὶδ τρία ἔτη, ἐνιαυτὸς (α) ὁ ἐχόμενος ἐνιαυτοῦ. ϗ ἐζήτησε Δαυὶδ τὸ πρόσωπον (β) κυρίου. ϗ εἶπε κύριος, Ἐπὶ Σαοὺλ ϗ ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ (γ) ἀδικία ἐν θανάτῳ αἱμάτων αὐτοῦ, περὶ οὗ ἐθανάτωσε τοὺς Γαβαωνί2τας. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ βασιλεὺς Δαυὶδ τοὺς Γαβαωνίτας, ϗ εἶπε πρὸς αὐτούς· ϗ οἱ Γαβαωνῖται (δ) οὐχ υἱοὶ Ἰσραήλ εἰσιν, ὅτι ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ (ε) ἐλλείμματος τοῦ Ἀμορραίου, ϗ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ὤμοσαν αὐτοῖς, ϗ ἐζήτησε Σαοὺλ πατάξαι (ζ) αὐτοὺς ἐν τῷ ζηλῶ3σαι αὐτὸν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ϗ Ἰούδα. Καὶ εἶπε Δαυὶδ πρὸς τοὺς Γαβαωνίτας, Τί ποιήσω ὑμῖν, ϗ ἐν τίνι (η) ἐξιλάσωμαι, ϗ εὐ4λογήσετε τὴν κληρονομίαν κυρίου ; Καὶ εἶπαν αὐτῷ οἱ Γαβαωνῖται, Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀργύριον (θ) ἢ χρυσίον μετὰ Σαοὺλ ϗ μετὰ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ϗ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνὴρ θανατῶσαι 5 ἐν Ἰσραήλ. Καὶ (ι) εἶπε, Τί ὑμεῖς λέγετε, ϗ ποιήσω ὑμῖν ; ϗ εἶπαν πρὸς τὸν βασιλέα, Ὁ (κ) ἀνὴρ ὃς συνετέλεσεν ἐφ' ἡμᾶς ϗ ἐδίωξεν ἡμᾶς, ὃς παρελογίσατο (λ) ἐξολοθρεῦσαι ἡμᾶς, ἀφανίσωμεν αὐτὸν, τοῦ μὴ ἑστά6ναι αὐτὸν ἐν παντὶ ὁρίῳ Ἰσραήλ. (μ) Δότω ἡμῖν ἑπτὰ ἄνδρας ἐκ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ϗ ἐξηλιάσωμεν αὐτοὺς τῷ κυρίῳ (ν) ἐν τῷ Γαβαὼν Σαοὺλ (ξ) ἐκλεκτοὺς κυρίου. ϗ εἶπεν ὁ 7 βασιλεύς, Ἐγὼ δώσω. Καὶ ἐφείσατο ὁ βασιλεὺς ἐπὶ Μεμφιβοσθὲ υἱὸν Ἰωνάθαν υἱοῦ Σαοὺλ διὰ τὸν ὅρκον κυρίου τὸν ἀναμέσον αὐτῶν, ϗ ἀναμέσον Δαυὶδ, ϗ ἀναμέσον Ἰω8νάθαν υἱοῦ Σαούλ. Καὶ ἔλαβεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο υἱοὺς (ο) Ῥεσφὰ θυγατρὸς Ἀϊὰ, οὓς ἔτεκε τῷ Σαοὺλ, τὸν (π) Ἑρμωνοὶ ϗ τὸν Μεμφιβοσθὲ, ϗ τοὺς πέντε (ρ) υἱοὺς τῆς Μιχὸλ θυγατρὸς Σαοὺλ, οὓς ἔτεκε τῷ (σ) Ἐσδριὴλ 9 υἱῷ Βερζελλὶ τῷ (τ) Μωουλαθί· Καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ τῶν Γαβαωνιτῶν, ϗ (υ) ἐξηλίασαν αὐτοὺς ἐν τῷ ὄρει (φ) ἔναντι κυρίου· ϗ ἔπεσαν οἱ ἑπτὰ αὐτοὶ ἐπὶ τὸ αὐτό· ϗ αὐτοὶ δὲ ἐθανατώθησαν ἐν ἡμέραις θερισμοῦ ἐν (χ) πρώτοις, ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ 10 κριθῶν. Καὶ ἔλαβε Ῥεσφὰ θυγάτηρ Ἀϊὰ τὸν σάκκον, ϗ ἔπηξεν αὐτῇ πρὸς τὴν πέτραν ἐν ἀρχῇ θερισμοῦ κριθῶν, ἕως (ψ) ἔσταξεν ἐπ' αὐτοὺς ὕδωρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· ϗ οὐκ ἔδωκε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καταπαῦσαι ἐπ' αὐτοὺς ἡμέρας, ϗ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ νυ11κτός. Καὶ ἀπηγγέλη τῷ Δαυὶδ ὅσα ἐποίησε Ῥεσφὰ θυγάτηρ Ἀϊὰ παλλακὴ Σαούλ. ϗ ἐξελύθησαν, ϗ κατέλαβεν αὐτοὺς Δὰν υἱὸς Ἰωὰ ἐκ τῶν ἀπογόνων τῶν γιγάντων.

CAP. XXI.

ET facta eſt fames in diebus David tres annos, & annus contiguus anno. 1 *Et quæſivit David faciem (a) Domini. Et dixit dominus ; Super Saul, & ſuper domum ejus injuſtitia in (b) morte ſanguinum ejus, pro eo quòd morti tradidit Gabaonitas. Et* 2 *vocavit rex David Gabaonitas, & dixit ad eos. (Et Gabaonitæ non filii Iſrael ſunt : quia tantùm ex (c) reliquiis Amorrhæi: & filii Iſrael juraverant eis : & quæſivit Saul percutere eos, cùm ipſe zelaret filios Iſrael & Juda.) Et dixit David* 3 *ad Gabaonitas ; Quid faciam vobis, & in quo depropitiabor, & benedicetis hæreditatem Domini ? Et dixerunt ei Gabaonitæ ;* 4 *Non eſt nobis argentum, vel aurum cum Saul, & cum domo ejus: & non eſt (d) nobis vir ad interficiendum in Iſrael. Et dixit ; Quid vos dicitis, &* 5 *faciam vobis ? Et dixerunt ad regem ; Vir, qui (e) conſummavit ſuper nos, & perſequutus eſt nos, qui malè cogitavit exterminare nos, deleamus eum : ut (f) non ſtet ipſe in omni termino Iſrael. (g) Det nobis ſeptem* 6 *viros de filiis ejus, & Soli (h) exponamus eos Domino in (i) Gabaon Saul (k) electos Domini. Et dixit rex, Ego dabo. Et pepercit rex ſuper Memphiboſthe* 7 *filium Jonathan filii Saul propter juramentum Domini, quod inter eos, & (l) inter David, & inter Jonathan filiū Saul. Et cepit rex duos filios* 8 *Reſphæ filiæ Aia, quos peperit ipſi Saul, Hermoni, & Memphiboſthe, & quinque filios Michol filiæ Saul, quos peperit ipſi Eſdriel filio Berzelli Moülathitæ. Et dedit eos in manu Gabaonitarum :* 9 *& Soli (m) expoſuerunt eos in monte ante Dominum. Et ceciderunt ſeptem iſti in idipſum. Et ipſi verò interfecti ſunt in diebus meſſis, in primis, in principio meſſis hordeorum. Et* 10 *ſumpſit Rheſpha filia Aia ſaccum : & (n) defixit ſibi ad petram, in principio meſſis hordeorum, quoadusque ſtillavit ſuper eos aqua de cœlo : & non dedit volatilia cœli requieſcere ſuper eos die, & beſtias agri nocte. Et nuntiatum eſt Da-* 11 *vid, quæcunque fecit Rheſpha filia Aia concubina Saul. (o) Et reſoluti ſunt, & cepit eos Dan filius Joa ex pronepotibus Gigantum.*

MS. A. (α) ἐχόμενος (β) τοῦ κυρίου. (γ) ἀδικία διὰ τὸ αὐτὸν θανάτῳ αἱμάτων, περὶ (δ) οὐχὶ (ε) λίμματος Ἀμορραίου, (ζ) αὐτὸν (η) ἐξιλάσομαι, (θ) καὶ χρυσίον (ι) εἶπεν αὐτοῖς, Τί (κ) ἀνὴρ συνετέλεσεν (λ) ἐξολεθρεῦσαι (μ) Δότε ἡμῖν (ν) ἐν Γαβαὼν (ξ) * ἐκλεκτὸς κυρίου. (ο) Ῥεφφὰθ (π) Ἑρμωνιεὶ (ρ) υἱοὺς Μελχὸλ (σ) Ἐσδρὶ υἱῷ (τ) Μοουλαθείτῃ (υ) * ἐξιλίασαν (φ) ἐναντίον (χ) πρώτοις, ἀρχῇ (ψ) ἔσταξεν ὕδωρ ἐπ' αὐτοὺς

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

כא

1 וַהֲוָה כַפְנָא בְּיוֹמֵי דָוִד תְּלָת שְׁנִין שַׁתָּא בָּתַר שַׁתָּא וּבְעָא דָוִד רַחֲמִין קֳדָם יְיָ וַאֲמַר יְיָ
2 עַל שָׁאוּל וְעַל בֵּית חַיָּבֵי קְטוֹל עַל דִּקְטַל יָת גִּבְעוֹנָאֵי : וּקְרָא מַלְכָּא לְגִבְעוֹנָאֵי וַאֲמַר לְהוֹן
וְגִבְעוֹנָאֵי לָא מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל אִנּוּן אֱלָהֵן מִשְּׁאַר אֱמוֹרָאֵי וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל קַיִּמוּ לְהוֹן וּבְעָא
3 שָׁאוּל לְקַטָּלוּתְהוֹן בְּדִקְנֵי לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל וִיהוּדָה : וַאֲמַר דָּוִד לְגִבְעוֹנָאֵי מָה אַעְבֵּד לְכוֹן
4 וּבְמָה אֶתְכַּפַּר וּבָרִיכוּ יָת אַחְסָנַת עַמָּא דַייָ : וַאֲמַרוּ לֵיהּ גִּבְעוֹנָאֵי לֵית אֲנַחְנָא צְרִיכִין
לְמִסַּב כְּסַף וּדְהַב מִן שָׁאוּל וּמִן בֵּיתֵיהּ וְאַף לָא אֱנָשׁ לְמִקְטַל בְּיִשְׂרָאֵל וַאֲמַר מָה אַתּוּן
5 אָמְרִין אַעְבֵּיד לְכוֹן : וַאֲמַרוּ לְמַלְכָּא גַּבְרָא דְשֵׁיצְיָנָא וּדְחַשֵּׁיב לָנָא אִשְׁתֵּיצֵינָא מִלְּמֵדַר
6 בְּכָל תְּחוּם אַרְעָא דְיִשְׂרָאֵל : יִתְיַהֲבוּן לָנָא שַׁבְעָא גַבְרִין מִבְּנוֹהִי וְנִצְלְבִנּוּן קֳדָם יְיָ
7 בְּגִבְעֲתָא דְשָׁאוּל בְּחִירָא דַייָ וַאֲמַר מַלְכָּא אֲנָא אֶתֵּן : וְחָס מַלְכָּא עַל מְפִיבֹשֶׁת בַּר
8 יְהוֹנָתָן בַּר שָׁאוּל עַל שְׁבוּעֲתָא דַייָ דְּבֵינֵיהוֹן בֵּין דָּוִד וּבֵין יְהוֹנָתָן בַּר שָׁאוּל : וּנְסֵיב מַלְכָּא
יָת תְּרֵין בְּנֵי רִצְפָּה בַת אַיָּה דִּילֵידַת לְשָׁאוּל יָת אַרְמֹנִי וְיָת מְפִיבֹשֶׁת וְיָת חַמְשַׁת בְּנֵי
9 מֵרַב דְּרַבִּיאַת מִיכַל בַּת שָׁאוּל דִּילֵידַת לְעַדְרִיאֵל בַּר בַּרְזִלַּי דִּמְּחוֹלוֹת : וּמַסְרִנּוּן
בִּידָא דְגִבְעוֹנָאֵי וְצַלְבוּנוּן בְּטוּרָא קֳדָם יְיָ וּנְפַלוּ שַׁבְעֲתְהוֹן כַּחֲדָא וְאִנּוּן אִתְקְטַלוּ בְּיוֹמֵי
10 חֲצָדָא בְּקַדְמָאִין בְּשֵׁרוּיוּת חֲצַד סְעוֹרִין : וּנְסֵיבַת רִצְפָּה בַת אַיָּה יָת סַקָּא וּפְרַסְתֵּיהּ
11 לַהּ עַל טִנָּרָא מִשֵּׁרוּיוּת חֲצָדָא עַד דִּנְחָתַת מִטְרָא עֲלֵיהוֹן מִן שְׁמַיָּא וְלָא שַׁבְקַת עוֹפָא
דִשְׁמַיָּא לְמְנַח עֲלֵיהוֹן בִּימָמָא וְיָת חֵיוַת בָּרָא בְּלֵילְיָא : וְאִתְחַוָּא לְדָוִד יָת דַּעֲבַדַת
רִצְפָּה בַת אַיָּה לְחֵינַתָּא דְשָׁאוּל :

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

CAP.XXI.

ET fuit fames in diebus David tribus annis anno poſt annum, & exo- 1 ravit David miſericordias ab-ante Dominū : & dixit Dominus, Propter Saul & propter domum reorum mortis, eò quod occidit Gibghonæos. Et vocavit rex Gibghonæos, & dixit illis : Et Gibghonæi non de filiis 2 Iſrael erant, ſed ex reliquiis Emoræi ; & filii Iſrael juraverant illis : & quæſivit Saul occidere illos dum zelaret pro filiis Iſrael & Jehudah. Et dixit David Gibghonæis: Quid faciam vobis, & in quo expiabo ut be- 3 nedicatis hæreditati populi Domini ? Et dixerunt illi Gibghonæi : Non 4 nos *indigentes accipere* argentum & aurum à Saul & à domo ejus, neque etiam hominem *occidere* in Iſrael , & dixit : Quod vos dixeritis faciā vobis. Et dixerunt regi : Vir eſt qui excìdit nos & qui cogitavit adver- 5 ſum nos : exciſi ſumus ut non habitemus in omni termino terræ Iſrael. Dentur nobis ſeptem viri de filiis ejus , & ſuſpendemus illos ante Do- 6 minum in Gibghatha Saulis electi Domini : & dixit Rex, Ego dabo. Et pepercit rex ſuper Mephiboſeth filio Jehonathan filii Saul , propter 7 juramentum Domini quod fuit inter ipſos inter David & inter Jehonathan filium Saul. Et accepit rex duos filios Riſzpah filiæ Ajah quos pe- 8 pererat Sauli, Armoni, & Mephiboſeth & quinque filios Merab, quos educaverat Michal filia Saul, quos pepererat Ghadrieli filio Barzilai qui 9 erat de Mehholath. Et dedit illos in manu Gibghonæorum, & ſuſpenderunt illos in monte ante Dominum, & ceciderunt ſeptem illi pariter : & illi occiſi ſunt in diebus meſſis in primis diebus, in initio meſſis ordeo- 10 rum. Et accepit Riſzpah filia Ajah ſaccū & extendit eum ſibi ſuper petrā ab initio meſſis, quouſque deſcendit pluvia ſuper illos de cœlo: & non ſi- 11 vit avem cœli quieſcere ſuper illos in die, & feras agri in nocte. Et indicatum eſt David quod fecerat Riſzpah filia Ajah concubina Saul.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܟܐ *

1 * ܘܗܘܐ ܟܦܢܐ ܒܝܘܡܬܗ ܕܕܘܝܕ. ܬܠܬ ܫܢܝܢ. ܫܢܬܐ ܒܬܪ ܫܢܬܐ. ܘܒܥܐ ܕܘܝܕ ܡܢ
ܩܕܡ ܡܪܝܐ. ܘܐܡܪ ܡܪܝܐ. ܡܛܠ ܫܐܘܠ. ܘܡܛܠ ܒܝܬܐ ܕܕܡܐ. ܥܠ ܕܩܛܠ ܠܓܒܥܘܢܝܐ.
2 * ܘܩܪܐ ܡܠܟܐ ܠܓܒܥܘܢܝܐ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܘܓܒܥܘܢܝܐ ܠܐ ܗܘܘ ܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ
ܐܠܐ ܡܢ ܫܪܟܐ ܕܐܡܘܪܝܐ. ܘܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܝܡܘ ܠܗܘܢ. ܘܒܥܐ ܫܐܘܠ ܕܢܩܛܠ ܐܢܘܢ.
ܟܕ ܛܢ ܕܢܚܛܐ ܠܐܝܣܪܝܠ ܘܠܒܢܝ ܝܗܘܕܐ. * ܘܐܡܪ ܕܘܝܕ ܠܓܒܥܘܢܝܐ. ܡܢܐ ܐܥܒܕ
3 ܠܟܘܢ. ܘܒܡܢܐ ܐܚܣܐ ܥܠܝܟܘܢ. ܘܬܒܪܟܘܢ ܝܪܬܘܬܗ ܕܡܪܝܐ. * ܘܐܡܪܘ ܠܗ ܓܒܥܘܢܝܐ. ܠܐ ܗܘܐ
4 ܕܗܒܐ ܘܣܐܡܐ ܚܝܒ ܗܘܐ ܠܢ ܫܐܘܠ ܘܒܝܬܗ. ܘܠܐ ܐܝܬ ܠܢ ܕܢܩܛܘܠ ܒܐܝܣܪܝܠ.
ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܘܡܢܐ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܥܒܕ ܠܟܘܢ. * ܐܡܪܝܢ ܠܡܠܟܐ. ܓܒܪܐ ܕܐܘܒܕܢ
5 ܘܕܐܬܚܫܒ ܕܢܫܝܨܢ. ܕܠܐ ܢܩܘܡ ܬܚܘܡܐ ܒܐܝܣܪܝܠ. * ܢܬܝܗܒܘܢ ܠܢ ܫܒܥܐ ܓܒܪܝܢ
6 ܡܢ ܒܢܘܗܝ. ܘܢܙܩܘܦ ܐܢܘܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܒܪܡܬܗ ܕܫܐܘܠ. ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܕܘܝܕ.
ܐܢܐ ܐܬܠ. * ܘܚܣ ܡܠܟܐ ܥܠ ܡܦܝܒܘܫܬ ܒܪ ܝܘܢܬܢ ܒܪ ܫܐܘܠ. ܡܛܠ ܡܘܡܬܐ
7 ܕܡܪܝܐ ܕܗܘܬ ܒܝܢܬܗܘܢ. ܒܝܢ ܕܘܝܕ ܘܒܝܢ ܝܘܢܬܢ ܒܪ ܫܐܘܠ. * ܘܕܒܪ ܡܠܟܐ ܠܬܪܝܢ ܒܢܝܗ
8 ܕܪܨܦܐ ܒܪܬ ܐܝܐ ܕܝܠܕܬ ܠܫܐܘܠ. ܠܐܪܡܘܢܝ ܘܠܡܦܝܒܘܫܬ. ܘܠܚܡܫܐ ܒܢܝ ܢܕܒ ܒܪܬ ܫܐܘܠ.
ܕܝܠܕܬ ܠܥܕܪܝܐܝܠ ܒܪ ܒܪܙܠܝ ܕܡܢ ܡܚܘܠܐ. * ܘܐܫܠܡ ܐܢܘܢ ܠܓܒܥܘܢܝܐ. ܘܙܩܦܘ
9 ܐܢܘܢ ܒܛܘܪܐ. ܩܕܡ ܡܪܝܐ. ܘܢܦܠܘ ܫܒܥܬܝܗܘܢ ܐܟܚܕܐ. ܘܗܢܘܢ ܐܬܩܛܠܘ ܒܝܘܡܬܐ
10 ܩܕܡܝܐ ܕܚܨܕܐ. ܒܫܘܪܝ ܚܨܕܐ ܕܣܥܪܐ. * ܘܢܣܒܬ ܪܨܦܐ ܒܪܬ ܐܝܐ. ܣܩܐ. ܘܦܪܣܬܗ ܠܗ ܥܠ
ܫܘܥܐ ܡܢ ܪܫ ܚܨܕܐ. ܥܕܡܐ ܕܢܚܬܘ ܥܠܝܗܘܢ ܡܝܐ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܘܠܐ ܫܒܩܬ ܠܦܪܚܬܐ
11 ܕܫܡܝܐ. ܕܢܫܪܝܢ ܥܠܝܗܘܢ ܒܐܝܡܡܐ. ܘܠܐ ܠܚܝܘܬܐ ܕܕܒܪܐ. ܒܠܠܝܐ. * ܘܐܬܚܘܝ ܠܕܘܝܕ
ܡܕܡ ܕܥܒܕܬ ܪܨܦܐ ܒܪܬ ܐܝܐ ܦܠܓܘܬܗ ܕܫܐܘܠ.

CAP.XXI.

OBortâ autem fame temporibus Davidis tres annos continuos, conſuluit David Dominum. Dixitque Dominus, Propter Saulē, & propter domum illam ſanguinariam *id permiſi*; eò quòd interfecerit Gabaonitas. 1

ædificare in Jeruſalem, & in Libnan, & in omni terra imperii ſui. Omnē 20
populū qui relictꝰ fuerat ex Emorrhæis, Hhithæis, Perizæis, Hhivæis, &
Jebuzæis, qui non erant de filiis Iſrael: Filios eorū qui relicti fuerant poſt 21
illos in terra, quos non potuerant filii Iſrael conſumere, conſtituit Selomoh
in allatores tributorū uſq; ad diem hanc. Et ex filiis Iſrael non dedit 22
Selomoh ut eſſent ſervi, quia erant viri belligeratores, & ſervi ejꝰ, et magiſtratus
ejus, et viri ejus, et magiſtri curruū ejꝰ et equitum ejꝰ. Hi ſunt 23
magiſtri anteſignanorū, qui erant præpoſiti ſuper opus Selomoh, quingenti
et quinquaginta qui ſervire faciebant populum qui faciebant opus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܘܢܐܡܪܘܢ. ܥܠ ܕܫܒܩܘ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܗܘܢ : ܕܐܦܩ ܠܐܒܗܬܗܘܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. 9
ܘܐܚܕܘ ܒܬܪ ܐܠܗܐ ܕܥܡܡܐ ܢܘܟܪܝܐ. ܘܦܠܚܘ ܐܢܘܢ ܘܤܓܕܘ ܠܗܘܢ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܝܬܝ
ܥܠܝܗܘܢ ܡܪܝܐ ܒܝܫܬܐ ܗܕܐ ܟܠܗ. * ܘܗܘܐ ܡܢ ܒܬܪ ܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܕܒܢܐ ܫܠܝܡܘܢ ܠܬܪܝܢ 10
ܒܬܝܢ. ܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܘܒܝܬܗ ܕܡܠܟܐ. * ܘܚܝܪܡ ܡܠܟܐ ܕܨܘܪ ܐܣܒܩ ܠܫܠܝܡܘܢ 11
ܩܝܣܐ ܕܐܪܙܐ ܘܩܝܣܐ ܕܒܪܘܬܐ ܘܕܗܒܐ. ܐܝܟ ܕܨܒܐ. ܗܝܕܝܢ ܝܗܒ ܡܠܟܐ ܫܠܝܡܘܢ
ܠܚܝܪܡ. ܥܣܪܝܢ ܩܘܪܝܐ ܒܐܪܥܐ ܕܓܠܝܠܐ. * ܘܢܦܩ ܚܝܪܡ ܡܢ ܨܘܪ ܠܡܚܙܐ ܩܘܪܝܐ ܕܝܗܒ 12
ܠܗ ܫܠܝܡܘܢ. ܘܠܐ ܫܦܪ ܒܥܝܢܘܗܝ. * ܘܐܡܪ. ܡܢܐ ܐܢܝܢ ܩܘܪܝܐ ܗܠܝܢ ܕܝܗܒܬ ܠܝ 13
ܐܚܝ .. ܘܩܪܐ ܐܢܝܢ. ܐܪܥܐ ܕܟܒܘܠ. ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. * ܘܫܕܪ ܡܠܟܐ ܚܝܪܡ ܠܡܠܟܐ 14
ܫܠܝܡܘܢ. ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܟܟܪܝܢ ܕܕܗܒܐ.* ܘܗܢܐ ܦܣܩܢܐ ܕܡܕܐܬܐ ܕܐܪܡܝ ܡܠܟܐ ܫܠܝܡܘܢ 15
ܠܡܒܢܝܐ ܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ. ܘܒܝܬܗ. ܘܠܡܒܢܐ ܫܘܪܐ ܕܐܘܪܫܠܡ. ܘܡܠܘܐ. ܘܚܨܘܪ ܘܡܓܕܘ ܘܓܙܪ.
* ܘܦܪܥܘܢ ܡܠܟܐ ܕܡܨܪܝܢ ܣܠܩ ܗܘܐ ܘܟܒܫܗ ܠܓܙܪ. ܘܐܘܩܕܗ ܒܢܘܪܐ. ܘܠܟܢܥܢܝܐ 16
ܕܝܬܒܝܢ ܒܡܕܝܢܬܐ. ܩܛܠ. ܘܝܗܒܗ ܡܘܗܒܬܐ ܠܒܪܬܗ ܐܢܬܬܗ ܕܫܠܝܡܘܢ.* ܘܒܢܐ ܫܠܝܡܘܢ 17
ܠܓܙܪ ܘܠܒܝܬ ܚܘܪܢ ܬܚܬܝܬܐ.* ܘܠܒܥܠܬ ܘܠܬܕܡܘܪ ܕܒܐܪܥܐ ܕܡܕܒܪܐ.* ܘܠܟܠܗܝܢ 18 19
ܩܘܪܝܐ ܕܒܝܬ ܓܙܐ ܕܗܘܝ ܠܫܠܝܡܘܢ. ܘܩܘܪܝܐ ܕܡܪܟܒܬܐ. ܘܩܘܪܝܐ ܕܦܪܫܐ. ܘܪܓܬܗ
ܕܫܠܝܡܘܢ. ܕܪܓ ܠܡܒܢܐ ܒܐܘܪܫܠܡ ܘܒܠܒܢܢ ܘܒܟܠܗ ܐܪܥܐ ܕܫܘܠܛܢܗ. * ܘܟܠܗ 20
ܥܡܐ ܕܐܫܬܚܪܘ ܡܢ ܐܡܘܪܝܐ. ܘܚܬܝܐ. ܘܦܪܙܝܐ. ܘܚܘܝܐ. ܘܝܒܘܣܝܐ ܕܠܐ ܗܘܘ ܡܢ ܒܢܝ
ܐܝܣܪܝܠ .. * ܒܢܝܗܘܢ ܕܐܫܬܚܪܘ ܡܢ ܒܬܪܗܘܢ. ܕܠܐ ܐܫܟܚܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܠܡܘܒܕܘ 21
ܐܢܘܢ. ܥܒܕ ܐܢܘܢ ܫܠܝܡܘܢ. ܥܒܕܐ ܡܫܩܠܝ ܡܕܐܬܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. * ܘܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ 22
ܠܐ ܫܥܒܕ ܫܠܝܡܘܢ ܥܒܕܐ. ܡܛܠ ܕܗܢܘܢ ܐܢܘܢ ܓܒܪܐ ܩܪܒܬܢܐ. ܘܥܒܕܘܗܝ ܘܪܘܪܒܢܘܗܝ
ܘܓܢܒܪܘܗܝ. ܘܪܘܪܒܢܐ ܕܡܪܟܒܬܗ ܘܦܪܫܘܗܝ. * ܘܗܠܝܢ ܐܢܘܢ ܩܝܘܡܐ ܕܥܠ ܥܒܕܐ 23
ܕܫܠܝܡܘܢ. ܚܡܫܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ. ܕܫܠܝܛܝܢ ܥܠ ܥܡܐ ܘܡܥܒܕܝܢ ܥܒܕܐ.

Et respondebitur, Quia reliquerunt Dominum 9
Deum suum qui eduxit patres eorum è
terra Ægypti, & adhæserunt diis gentium
exterarum, & coluerunt atque adoraverunt
eos; idcirco induxit in eos Dominus malum
hoc universum. Factum est etiam post annos 10
viginti quibus ædificavit Salomon duas
illas domos, *nempe* domum Domini & domum
regiam; Cùm Hiramus rex Tyri 11
suppeditâsset Salomoni ligna cedrina, & ligna
abiegna, atque aurum, prout optaverat;
ut tunc donaret rex Salomon Hiramo viginti
civitates in terra Galilææ. Et egressus 12
est Hiram è Tyro ad invisendas civitates
quas donaverat ei Salomon, nec placuerunt
ei; Dixitque, Quid sunt hæ civitates quas 13
donâsti mihi frater mi? & vocavit eas, Terram
Chabuli, in hunc usque diem. Miserat 14
enim rex Hiramus regi Salomoni centum viginti
talenta auri. Hæc autem est taxatio 15
vectigalis quod indixit rex Salomon pro ædificio
domûs Domini & domûs suæ, & ædificio
muri Jerusalem, & Mello, & Hasor, &
Mageddo, & Gazar. Porrò Pharaon rex 16
Ægypti ascendens subegit Gazar, & igne
succendit; Chananæos habitantes in ea civitate
peremit, & dono dedit illam filiæ suæ uxori
Salomonis. Ædificavítque Salomon 17
Gazar, & Beth-horon inferiorem, Et Baaloth, 18
& Thadmur quæ est in terra deserti:
Omnes quoque civitates ærarii, quæ fuerunt 19
Salomonis, & civitates curruum, & civitates
equitum; quicquid denique optavit
Salomon ædificare in Jerusalem, & in Libano,
& in tota terra ditionis suæ. Totum 20
populum qui remanserat ex Amorhæis, Hethæis,
Pherezæis, Hevæis, & Jebusæis,
qui non erant ex filiis Israel; Horum *inquam* 21
filios qui remanserant post eos, quos
filii Israel exterminare non potuerant; reddidit
Salomon servos tributum afferentes,
in hunc usque diem. Ex Israelitis verò 22
nullos reddidit Salomon servos; hi enim
erant viri bellatores, ministri ejus, magnates,
ac heroes ejꝰ, præfecti curruũ ejꝰ, ac equites
ejꝰ. Iidẽ erant præpositi operi Salomonis, 23
quingenti *videlicet* quinquaginta, qui præerant
populo, & opus urgebant.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* فيقولون * لانهم تركوا عبادة اباهم الذي اخرجهم من ارض مصر * وتمسكوا بالهة اخر * 9
وعبدوها وسجدوا لها * لذلك انزل بهم الرب هذا البلاء الشديد * فلما كان من بعد عشرين 10
سنة * بعد بناء بيت الرب وبيت الملك * وكان حيرام ملك صور يرسل الي سليمان الملك 11
الصنوبر * وخشب السرو * وذهبا كما احب * فاعطي سليمان لحيرام عشرين قرية في ارض الجليل *
* وخرج حيرام لينظر الي القري التي اعطاها سليمان * فلم يرض بها * وقال * ما هذه القري التي 12 13
اعطيتني يا اخي * ودعا اسمها قري الشوك الي اليوم * ثم ارسل حيرام الي سليمان الملك * مائة 14
وعشرين قنطار ذهب * هذا الشرط الذي شرط سليمن الملك علي الارض مثل الخراج * لبني 15
بيت الرب وبيته * وبني سور اورشليم ايضا * وبني ملويث وحاسور * ومجدو وغازار * اما 16
فرعون ملك مصر * فصعد الي غازار وحاصرها واحرقها * وقتل الكنعانيين الذين كانوا
فيها * ووهبها لابنته زوجة سليمن * وبني سليمن حدود بيت حوران السفلي * وبنا بعلوث 17 18
وتدمر التي في البرية * وجميع القري التي صير فيها بيوت امواله * القري التي صيرها 19
لمراكبه وفرسانه * وكل ما احب سليمان ان يبني في اورشليم ولبنان * وكل ارض سلطانه *
* واما الشعب الذي بقي من الاموراييين * والحاثاييين * والفرزاييين والحواييين * 20
واليابوساييين الذين لم يكونوا من بني اسرائيل * وبنوهم الذين بقوا من بعدهم * الذين 21
لم يقدروا بنو اسرائيل ان يهلكوهم * صيرهم سليمان عبيدا * يودون الخراج الي اليوم * فاما 22
بنو اسرائيل فصيرهم احرارا * لانهم ابطال رجال محاربة * وهم جبابرته وقواده واشرافه * ورؤسا
مراكبه وفرسانه * وهولاء الذين كانوا يتولون الاعمال لسليمن * خمسماية وخمسون رجلا * 23
المسلطون علي الشعب * المكملون لاعماله *

Et respondebunt, Quia relicto cultu patrum 9
suorum, qui eduxerat eos è terra
Ægypti, adhæserunt diis alienis, & coluerunt
& adoraverunt eos; propterea
intulit in eos Dominus miseriam hanc
atrocissimam. Post annos viginti, ædificatâ 10
jam domo Domini, & domo regis; Quia 11
Hiramus rex Tyri miserat ad Salomonem
regem pinos, & ligna abiegna, &
aurũ prout optaverat; dedit Salomon
Hiramo viginti oppida in terra Galilææ.
Cùmq; egressus esset Hiram ut viseret oppida 12
quæ dederat Salomon, nec placuissent
ei; Dixit, Quæ sunt oppida ista quæ 13
mihi dedisti ô mi frater? vocavitq; nomen
eorum, Oppida spinarum, ad hodiernum
usq; diem. Tum misit Hiramus ad 14
Salomonem regem centum viginti quintaria
(pondus centum librarum) *auri. Hæc* 15
est inductio quam Salomon rex imposuit
orbi veluti quoddã vectigal, pro structurâ
domûs Domini & domûs suæ, structurâ
quoq; mœnium Jerusalem, & structurâ
Meluæ, Hasoris, Magheddo, &
Ghazeris. (Intereà Pharaon rex Ægypti 16
ascendens Ghazarem obsedit eam, &
combussit eam, interfectis Chananæis qui
erant in ea, deditq; eam filiæ suæ uxori
Salomonis. Salomon verò ædificavit limites 17
Beth-horan inferioris: Et ædificavit 18
Baaloth, & Tadmur quæ est in solitudine:
Omnesq; civitates in quibus constituerat 19
æraria sua, civitates quas constituerat pro
curribus & equitibus suis: deniq; quicquid
optavit Salomon ædificare in Jerusalem
& Libano, totâque terrâ dominii
sui.) Populus verò qui remanserat ex Amoræis, 20
Hethæis, Pherezæis, Hevæis, &
Jabisæis, qui non erant ex filiis Israel,
Nec non filios eorum qui remanserant post 21
eos, quos Israelitæ perdere minimè potuerant;
fecit Salomon servos vectigal
pendentes ad hodiernum usque diem. At 22
verò filios Israel fecit liberos, eò quòd
strenui essent, viri belligeri: ipsique erant
gigantes ejus, duces ac nobiles ejus, præpositi
curribus & equitibus ejus. Iidemque 23
erant qui præerant operibus. Salomonis,
quingenti scilicet quinquaginta viri populo
præpositi, perficiundis operibus ejus demandati.

מלכים א : י

,ſuam domum in David civitate de aſcendit Parhoh filia Veruntamen
24 אַךְ בַּת־פַּרְעֹה עָלְתָה מֵעִיר דָּוִד אֶל־בֵּיתָהּ
fecit aſcendere Et .Millo ædificavit tunc : ei ædificaverat quam
25 אֲשֶׁר בָּנָה־לָהּ אָז בָּנָה אֶת־הַמִּלּוֹא׃ וְהֶעֱלָה
ſuper pacifica & ,*aſcenſiones* anno in vicibus tribus Selomoh
שְׁלֹמֹה שָׁלֹשׁ פְּעָמִים בַּשָּׁנָה עֹלוֹת וּשְׁלָמִים עַל־
facies ad quod illud ſuper *ſuffiendo* &,Domino ædificaverat quod altare
הַמִּזְבֵּחַ אֲשֶׁר בָּנָה לַיהוָה וְהַקְטֵיר אִתּוֹ אֲשֶׁר לִפְנֵי
Selomoh rex fecit navem Et .domum perfecit & *:Domini*
26 יְהוָה וְשִׁלַּם אֶת־הַבָּיִת׃ וָאֳנִי עָשָׂה הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה
terra in Suph maris *labium ſuper* Eloth *cum* quæ ,Heſiongheber in
בְּעֶצְיוֹן־גֶּבֶר אֲשֶׁר אֶת־אֵילוֹת עַל־שְׂפַת יַם־סוּף בְּאֶרֶץ
gnaros ,*navium* viros ,ſuos ſervos navi in Chiram Miſitque .Edom
27 אֱדוֹם׃ וַיִּשְׁלַח חִירָם בָּאֳנִי אֶת־עֲבָדָיו אַנְשֵׁי אֳנִיּוֹת יֹדְעֵי
inde *ceperunt* & ,Ophir in venerunt Et .Selomoh ſervis cum ,maris
28 הַיָּם עִם עַבְדֵי שְׁלֹמֹה׃ וַיָּבֹאוּ אוֹפִירָה וַיִּקְחוּ מִשָּׁם
regem ad adduxerunt & :talenta viginti & quadringenta ,aurum
זָהָב אַרְבַּע מֵאוֹת וְעֶשְׂרִים כִּכָּר וַיָּבִאוּ אֶל־הַמֶּלֶךְ
.Selomoh
שְׁלֹמֹה׃

CAP. X. י

Domini nomine in ,Selomoh *auditum* audiens Seba regina Et
1 וּמַלְכַּת־שְׁבָא שֹׁמַעַת אֶת־שֵׁמַע שְׁלֹמֹה לְשֵׁם יְהוָה
virtute in Jeruſalaim in eſt ingreſſa Et .ænigmatib' in eã *tentandũ ad* venit &
2 וַתָּבֹא לְנַסֹּתוֹ בְּחִידוֹת׃ וַתָּבֹא יְרוּשָׁלְַמָה בְּחַיִל
,valde multum aurũ & , aromata portantibus camelis ,valde gravi
כָּבֵד מְאֹד גְּמַלִּים נֹשְׂאִים בְּשָׂמִים וְזָהָב רַב־מְאֹד
omne eum ad eſt locuta & ,Selomoh ad venitque *:pretioſum lapidẽ* &
וְאֶבֶן יְקָרָה וַתָּבֹא אֶל־שְׁלֹמֹה וַתְּדַבֵּר אֵלָיו אֵת כָּל־
omnia Selomoh ei indicavit Et .ſuo corde *cum* erat quod
3 אֲשֶׁר הָיָה עִם־לְבָבָהּ׃ וַיַּגֶּד־לָהּ שְׁלֹמֹה אֶת־כָּל־
non quod rege à abſconditum verbum fuit non : ejus verba
דְּבָרֶיהָ לֹא־הָיָה דָּבָר נֶעְלָם מִן־הַמֶּלֶךְ אֲשֶׁר לֹא
,Selomoh ſapientiam omnem Seba regina vidit Et .ei indicaverit
4 הִגִּיד לָהּ׃ וַתֵּרֶא מַלְכַּת־שְׁבָא אֵת כָּל־חָכְמַת שְׁלֹמֹה
habitationem & ,ejus menſæ *cibum* Et : ædificavit quam domum &
5 וְהַבַּיִת אֲשֶׁר בָּנָה׃ וּמַאֲכַל שֻׁלְחָנוֹ וּמוֹשַׁב
,eorum veſtimenta & ,ejus miniſtrorum aſſiſtentiam & , ejus ſervorum
עֲבָדָיו וּמַעֲמַד מְשָׁרְתָיו וּמַלְבֻּשֵׁיהֶם
erat non & ;Domini domũ *aſcendebat quo* ,ej' *aſcenſum* & ,ej' pincernas &
וּמַשְׁקָיו וְעֹלָתוֹ אֲשֶׁר יַעֲלֶה בֵּית יְהוָה וְלֹא־הָיָה
verbum fuit *Veritas* :regem ad Dixitque .ſpiritus ultrà ea in
6 בָהּ עוֹד רוּחַ׃ וַתֹּאמֶר אֶל־הַמֶּלֶךְ אֱמֶת הָיָה הַדָּבָר
.tua ſapientia ſuper & ,tuis *verbis* ſuper ,mea terra in audivi quod
אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי בְּאַרְצִי עַל־דְּבָרֶיךָ וְעַל־חָכְמָתֶךָ׃
,mei oculi viderunt & , veni donec , verbis credidi non Et
7 וְלֹא־הֶאֱמַנְתִּי לַדְּבָרִים עַד אֲשֶׁר־בָּאתִי וַתִּרְאֶינָה עֵינַי
bonum & ,ſapientiã addidiſti : dimidiũ mihi fuit nunciatũ non ecce &
וְהִנֵּה לֹא־הֻגַּד־לִי הַחֵצִי הוֹסַפְתָּ חָכְמָה וָטוֹב
tui ſervi beati ,tui viri Beati .audivi quam *auditionem ad*
8 אֶל־הַשְּׁמוּעָה אֲשֶׁר שָׁמָעְתִּי׃ אַשְׁרֵי אֲנָשֶׁיךָ אַשְׁרֵי עֲבָדֶיךָ
.tuam ſapientiam audientes ,ſemper *tuas facies ad ſtantes* ii
אֵלֶּה הָעֹמְדִים לְפָנֶיךָ תָּמִיד הַשֹּׁמְעִים אֶת־חָכְמָתֶךָ׃
te *dandum ad* ,te in complacuit qui ,benedictus tuus Deus Dominus Sit
9 יְהִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בָּרוּךְ אֲשֶׁר חָפֵץ בְּךָ לְתִתְּךָ
: ſeculum in Iſrael *erga Domini amore in* : Iſrael ſolium ſuper
עַל־כִּסֵּא יִשְׂרָאֵל בְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־יִשְׂרָאֵל לְעֹלָם
.juſtitiam & ,judicium *faciendum ad* ,regem in te poſuit &
וַיְשִׂימְךָ לְמֶלֶךְ לַעֲשׂוֹת מִשְׁפָּט וּצְדָקָה׃

Verſio VUL. LAT.

24 Filia autem Pharaonis aſcen-
dit de civitate David in do-
mum ſuam, quam ædificave-
rat ei Salomon : tunc ædifica-
25 vit Mello. Offerebat quoque
Salomon tribus vicibus per
annos ſingulos holocauſta, &
pacificas victimas, ſuper al-
tare quod ædificaverat Do-
mino, & adolebat thymiama
coram Domino : perfectúmq;
26 eſt templum. Claſſem quoque
fecit rex Salomon in Aſionga-
ber, quæ eſt juxta Ailath in
littore Maris rubri, in terra
27 Idumææ. Miſitque Hiram in
claſſe illa ſervos ſuos viros
nauticos & gnaros maris, cum
28 ſervis Salomonis. Qui cùm
veniſſent in Ophir, ſumptum
inde aurum quadringentorum
viginti talentorum, detule-
runt ad regem Salomonem.

CAP. X.

1 SEd & Regina Saba, auditâ
famâ Salomonis in nomine
Domini, venit tentare eum in
2 ænigmatibus. Et ingreſſa Je-
ruſalem multo cum comitatu,
& divitiis, camelis portanti-
bus aromata, & aurum infini-
tum nimis, & gemmas preti-
oſas, venit ad regem Salomo-
nem, & locuta eſt ei univerſa
quæ habebat in corde ſuo.
3 Et docuit eam Salomon omnia
verba quæ propoſuerat : non
fuit ſermo, qui regem poſſet
latêre, & non reſponderet ei.
4 Videns autem regina Saba
omnem ſapientiam Salomo-
nis, & domum quam ædifica-
5 verat, Et cibos menſæ ejus, &
habitacula ſervorum, & ordi-
nes miniſtrantium, veſtéſque
eorum, & pincernas, & holo-
cauſta quæ offerebat in domo
Domini : non habebat ultrà
6 ſpiritum. Dixítque ad regem;
Verus eſt ſermo, quem audivi
7 in terra mea, Super ſermoni-
bus tuis, & ſup ſapientia tua:
& non credebam narrantibus
mihi, donec ipſa veni, & vidi
oculis meis, & probavi quòd
media pars mihi nuntiata non
fuerit : major eſt ſapientia &
opera tua, quàm rumor quem
8 audivi. Beati viri tui, & beati
ſervi tui, qui ſtant coram te
ſemper, & audiunt ſapientiam
9 tuam. Sit Dñs Deus tuus bene-
dictus, cui complacuiſti, & po-
ſuit te ſuper thronum Iſrael,
eò quòd dilexerit Dominus Iſ-
rael in ſempiternum, & con-
ſtituit te regem, ut faceres ju-
dicium & juſtitiam.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Tranſlatione LATINA.

26 Καὶ ναῦν ὑπὲρ οὗ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Σα-
λωμὼν ἐν Γασιὼν Γαβὲρ τὴν οὖσαν ἐχομένην
Αἰλὰθ ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς ἐσχάτης θαλάσσης
27 ἐν γῇ Ἐδώμ. Καὶ ἀπέστειλε Χιρὰμ ἐν τῇ
νηῒ τῶν παίδων αὐτοῦ ἄνδρας ναυτικοὺς ἐλαύ-
νειν εἰδότας θάλασσαν μετὰ τῶν παίδων Σα-
28 λωμών. Καὶ ἦλθον εἰς (ω) Σωφιρὰ, καὶ ἔλα-
βον ἐκεῖθεν χρυσίου (α) ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τά-
λαντα, καὶ ἤνεγκαν τῷ βασιλεῖ Σαλω-
μών.

Et navem (f) pro ea re fecit rex 26
Salomon in Gaſion Gaber, quæ
eſt juxta Ælath ſuper labium ul-
timi maris in terra Edom. Et 27
miſit Chiram in navi puerorũ ſu-
orũ viros nauticos impellere ſci-
entes mare cum pueris Salomon.
Et venerunt in Sophira: & ſum- 28
pſerunt indè auri (g) centum &
viginti talenta, & attulerunt
regi Salomon.

MS.A. (ω) Σωφαρὰ, καὶ (α) τετρακόσια καὶ εἴκοσι τάλαντα,

Κεφ. ι'.

1 ΚΑὶ βασίλισσα Σαβὰ ἤκουσε τὸ ὄνομα
Σαλωμὼν καὶ τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ ἦλθε πει-
2 ράσαι αὐτὸν ἐν αἰνίγμασι. Καὶ ἦλθεν εἰς
Ἱερουσαλὴμ ἐν δυνάμει βαρείᾳ σφόδρα. καὶ
κάμηλοι αἴρουσαι (α) ἡδύσματα καὶ χρυσὸν
πολὺν σφόδρα καὶ λίθον τίμιον. καὶ εἰσῆλθε
πρὸς Σαλωμὼν, καὶ ἐλάλησεν αὐτῷ πάντα
3 ὅσα ἦν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Καὶ ἀπήγγει-
λεν αὐτῇ Σαλωμὼν πάντας τοὺς λόγους αὐ-
τῆς· οὐκ ἦν λόγος παρεωραμένος (β) παρὰ
τοῦ βασιλέως, ὃν οὐκ ἀπήγγειλεν αὐτῇ.
4 Καὶ εἶδε βασίλισσα Σαβὰ πᾶσαν τὴν φρό-
νησιν Σαλωμὼν, καὶ τὸν οἶκον ὃν ᾠκοδόμησε,
5 Καὶ τὰ βρώματα Σαλωμὼν, καὶ τὴν καθέδραν
(γ) παίδων αὐτοῦ, καὶ τὴν στάσιν λειτουργῶν
αὐτοῦ, καὶ τὸν ἱματισμὸν αὐτοῦ, καὶ τοὺς οἰνοχόους
αὐτοῦ, καὶ τὴν ὁλοκαύτωσιν αὐτοῦ ἣν ἀνέφερεν
ἐν οἴκῳ κυρίου· καὶ ἐξ ἑαυτῆς ἐγένετο.
6 Καὶ εἶπε πρὸς τὸν βασιλέα Σαλωμὼν,
Ἀληθινὸς ὁ λόγος ὃν ἤκουσα ἐν τῇ γῇ μου
7 Περὶ τοῦ λόγου σου καὶ περὶ τῆς φρονήσεώς σου.
καὶ οὐκ ἐπίστευσα τοῖς λαλοῦσί μοι, ἕως ὅτου
παρεγενόμην καὶ (δ) ἑωράκασιν οἱ ὀφθαλ-
μοί μου· καὶ ἰδοὺ (ε) οὐκ εἰσὶ τὸ ἥμισυ καθὼς
ἀπήγγειλάν μοι· προστέθεικας ἀγαθὰ πρὸς
αὐτὰ ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἀκοὴν ἣν ἤκουσα ἐν
8 τῇ γῇ μου. Μακάριαι αἱ γυναῖκές σου,
μακάριοι οἱ παῖδές σου οὗτοι οἱ (ζ)
παρεστηκότες ἐνώπιόν σου διόλου, οἱ ἀ-
9 κούοντες πᾶσαν τὴν φρόνησίν σου. Γέ-
νοιτο κύριος ὁ θεός σου εὐλογημένος,
ὃς ἠθέλησεν ἐν σοὶ δοῦναί σε ἐπὶ θρόνου
Ἰσραὴλ, διὰ τὸ ἀγαπᾶν κύριον τὸν Ἰσ-
ραὴλ στῆσαι εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἔθετό σε
βασιλέα ἐπ᾽ αὐτοὺς, τοῦ ποιεῖν κρίμα (η)
ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἐν κρίμασιν (θ) αὐτῶν.
10 Καὶ ἔδωκε τῷ Σαλωμὼν ἑκατὸν εἴκοσι τά-
λαντα χρυσίου, καὶ ἡδύσματα πολλὰ σφό-
δρα, καὶ λίθον τίμιον. οὐκ ἐληλύθει κατὰ
τὰ ἡδύσματα (ι) ἐκεῖνα ἔτι εἰς πλῆθος,
ἃ ἔδωκε βασίλισσα Σαβὰ (κ) τῷ βασιλεῖ
11 Σαλωμών. Καὶ ἡ ναῦς Χιρὰμ ἡ αἴρουσα τὸ
χρυσίον ἐκ Σουφὶρ, (λ) ἤνεγκε ξύλα πε-
λεκητὰ πολλὰ σφόδρα καὶ λίθον τίμιον.
12 Καὶ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς τὰ ξύλα τὰ (μ)
πελεκητὰ ὑποστηρίγματα τοῦ οἴκου κυρίου καὶ τοῦ
οἴκου τοῦ βασιλέως, (ν) καὶ νάβλας καὶ κινύρας
τοῖς ᾠδοῖς. οὐκ (ξ) ἐληλύθει τοιαῦτα ξύλα
ἀπελέκητα ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲ ὤφθησάν που
ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης.

CAP. X.

ET Regina Saba audivit nomẽ 1
Salomon et nomẽ Domini: et venit
tẽtare eũ in (a) ænigmatib'. Et ve- 2
nit in Hieruſalem in virtute gravi
valdè. Et cameli portantes (b) ſua-
vitates, & aurum multum val-
dè, & lapidem pretioſum. Et in-
greſſa eſt ad Salomon: & locuta
eſt ei omnia, quæcunq; erant in
corde ſuo. Et indicavit ei Salo- 3
mon omnia verba ejus. Non (c)
fuit verbum deſpectum à rege,
quod non indicavit ei. Et vidit 4
regina Saba omnem prudentiam
Salomon, & domum, quam ædi-
ficaverat, Et cibos Salomon, & 5
cathedram puerorum ejus, & ſta-
tionem miniſtrorum ejus, & ve-
ſtem ejus, & pincernas ejus, &
holocauſtoſim ejus, quam offere-
bat in domo Domini. Et extra ſe
facta eſt. Et dixit ad regem Sa- 6
lomon; Verus eſt ſermo, quẽ audi-
vi in terra mea De ſermone tuo, 7
& de prudentia tua: & non cre-
didi iis, qui dicebant mihi; donec
veni, & viderunt oculi mei; &
ecce non ſunt (d) dimidium, ſicut
annuntiârant mihi. Appoſuiſti (e)
bona ad ea, ſuper omnem auditio-
nem, quam audivi in terra mea.
Beatæ mulieres tuæ, beati pueri 8
tui, qui aſſiſtunt coram te ſemper,
qui audiunt omnẽ prudentiã tuã.
Sit Dominus Deus tuus benedict', 9
qui voluit in te, ad dandum te
ſuper thronum Iſrael; eò quòd
Dominus diligat Iſrael ad (f) ſta-
tuendum in ſeculum: & poſuit te
regem ſuper eos ad faciendum ju-
dicium in juſtitia, & in judiciis
(g) eorum. Et dedit Salomoni cen- 10
tum viginti talenta auri, & ſua-
vitates multas valdè, et lapidem
pretioſum. Non venit juxta ſua-
vitates illas ultrà in multitudi-
ne, quas dedit regina Saba regi
Salomon. Et navis Chiram portans 11
aurum de Suphir, attulit ligna (h)
dolata multa valdè, & lapidem
pretioſum. Et fecit rex ligna do- 12
lata, fulcimenta domûs Domini,
& domûs regis, & nablas, &
citharas cantoribus. Non vene-
runt hujuſmodi ligna non dolata
ſuper terram, neq; viſa ſunt
(i) uſquàm uſque in diem
hanc.

MS.A. (α) ἡδύσματα, χρυσίου* πολὺν σφόδρα (β) ὑπὸ τοῦ (γ) πᾶσαν φρόνησιν (γ) τῶν παίδων (δ) ἑοράκασιν (ε) οὐκ ἔστιν καθὼς ἀπήγγειλάν μοι τὸ ἥμισυ· προστέθεικας σοφίαν καὶ ἀγαθὰ (ζ, παρεστήκοντες (η) καὶ δικαιοσύνην (θ) ἑαυτῶν. (ι) ἐκεῖνα εἰς (κ) τῷ Σαλωμών. (λ) ἤνεγκαν ἐκ Σωφεὶρ ξύλα (μ) ἀπελέκητα (ν) καὶ κινύρας καὶ νάβλας τοῖς (ξ) ἐλήλυθε τοιαῦτα ξύλα πω ἕως τῆς

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

24 בְּרַם בַּת פַּרְעֹה סְלֵיקַת מִקַּרְתָּא דְדָוִד לְבֵיתָא דִי בְנָא לַהּ בְּכֵן בְּנָא יַת מַלֵּיתָא : וְאַסֵּיק
25 שְׁלֹמֹה תְּלָת זִמְנִין בְּשַׁתָּא עֲלָוָן וְנִכְסַת קוּדְשִׁין עַל מַדְבְּחָא דִבְנָא קֳדָם יְיָ וּמַקְטַר
26 עֲלוֹהִי קְטוֹרֶת בּוּסְמַיָּא דִי קֳדָם יְיָ וְשַׁלֵּים יַת בֵּיתָא : וּסְפִינְתָּא עֲבַד שְׁלֹמֹה מַלְכָּא בְּעֶצְיוֹן
27 גֶּבֶר דְּעִם אֵילוֹת עַל כֵּיף יַמָּא דְסוּף בְּאַרְעָא דֶאֱדוֹם : וּשְׁדַר חִירָם בִּסְפִינְתָּא יַת עַבְדוֹהִי
28 גַּבְרִין סַפָּנִין דְּאוּמָנִין לְדַבָּרָא בְּיַמָּא עִם עַבְדֵי שְׁלֹמֹה : וַאֲתוֹ לְאוֹפִיר וּנְסִיבוּ מִתַּמָּן
דַּהֲבָא אַרְבַּע מְאָה וְעַסְרִין כַּכְּרִין וְאַיְתִיאוּ לְוַת מַלְכָּא שְׁלֹמֹה :

י

1 וּמַלְכַּת שְׁבָא שְׁמַעַת יַת שְׁמַע שְׁלֹמֹה לְשְׁמָא דַיְיָ וַאֲתַת לְנַסָּיוּתֵיהּ בְּחוּדָאִין : וַאֲתַת
2 לִירוּשְׁלֵם בְּמַשְׁרְיָן סַגִּיאִין לַחֲדָא גַּמְלִין טָעֲנִין בּוּסְמָנִין וְדַהֲבָא סַגִּי לַחֲדָא וְאַבְנִין טָבָן
3 וַאֲתַת לְוַת שְׁלֹמֹה וּמַלֵּילַת עִמֵּיהּ יַת כָּל דִּי הֲוָה עִם לִבָּהּ : וְחַוֵּי לַהּ שְׁלֹמֹה יַת כָּל
4 פִּתְגָּמָהָא לָא הֲוָה מִדַּעַם דְּאִתְכַּסָּא מִן מַלְכָּא דְּלָא חַוֵּי לַהּ : וַחֲזָת מַלְכַּת שְׁבָא יַת כָּל
5 חוּכְמַת שְׁלֹמֹה וּבֵיתָא דִּי בְנָא : וּמֵיכַל פָּתוֹרֵיהּ וְאַסְחָרוּת עַבְדוֹהִי וּמְקָם מְשׁוּמְשָׁנוֹהִי
וּלְבוּשֵׁיהוֹן וְשַׁקְיוּתֵיהּ וַעֲלָתֵיהּ דִּמַסֵּיק בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ וְלָא אִשְׁתְּאַר בַּהּ עוֹד רוּחַ :
6 וַאֲמַרַת לְמַלְכָּא קוּשְׁטָא הֲוָה פִּתְגָּמָא דִּי שְׁמָעִית בְּאַרְעִי עַל פִּתְגָּמָךְ וְעַל חוּכְמְתָךְ : וְלָא
7 הֵימְנִית לְפִתְגָּמַיָּא עַד דַּאֲתֵיתִי וַחֲזָאָה עֵינַי וְהָא לָא אִתְחֲוָא לִי פַּלְגוּ מַה דַּחֲזֵיתִי אוֹסֵפְתָּא
8 חוּכְמְתָא וְטָבְתָא עַל שְׁמוּעֲתָא דִּי שְׁמָעִית : טוּבֵי גַּבְרָךְ טוּבֵי עַבְדָּךְ אִלֵּין דְּקָיְמִין קֳדָמָךְ
9 תְּדִירָא דְּשָׁמְעִין יַת חוּכְמְתָךְ : יְהִי יְיָ אֱלָהָךְ בְּרִיךְ דְּאִתְרְעֵי בָךְ לְמִתְּנָךְ עַל כּוּרְסֵי
מַלְכוּתָא דְיִשְׂרָאֵל בִּרְחִימַת יְיָ יַת יִשְׂרָאֵל לְעָלַם וּמַנְּיָךְ לְמֶהֱוֵי מַלְכָּא לְמֶעְבַּד דִּין
דִּקְשׁוֹט וּזְכוּ :

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

Verùm filia Parghoh aſcendit de civitate Davidis in domum quam ædi- 24
ficaverat ei : tunc ædificavit aggerem. Et offerebat Selomoh tribus tem- 25
poribus in anno holocauſta, & victimam ſanctitatum ſuper altare quod
ædificaverat ante Dominum; & adolebat ſuper illud ſuffitum aromatum,
quæ erant ante Dominum, & perfecit domũ. Et navem fecit rex Se- 26
lomoh in Gheſzion Gaber ſuper litus maris Zzuph in terra Edom. Et 27
miſit Hhiram in navi ſervos ſuos viros nautas & peritos regendi *in mari*
cum ſervis Selomoh. Et venerunt in Ophir, & acceperunt inde aurum, 28
quadringenta & viginti talenta; & adduxerunt ad regem Selomoh.

CAP. X.

ET regina Seba audivit famam Selomoh in nomine Domini, & venit 1
ut tentaret eum in *ænigmatibus*. Et venit in Jeruſalem cum turmis mul- 2
tis valdè, & cameli onuſti aromatibus, & auro multo valdè, & lapidi-
bus bonis; & venit ad Selomoh, & locuta eſt cum eo omne quod fuit cum
corde ſuo. Et indicavit illi Selomoh omnia verba ejus, & non fuit quic- 3
quam quod celatum fuerit à rege, quod non indicaret illi. Et vidit re- 4
gina Seba omnem ſapientiam Selomoh, & domum quam ædificaverat.
Et cibum menſæ ejus, & diſcubitum ſervorum ejus, & ſtationem miniſtro- 5
rum ejus, & veſtimenta eorum, & potum ejus, & holocauſta ejus quæ
offerebat in domo ſanctuarii Domini, & non remanſit in ea ultrà ſpiri-
tus. Et dixit regi, Verum fuit verbum quod audivi in terra mea ſuper 6
verbis tuis & ſuper ſapientia tua. Et non credidi verbis, uſq; quò veni, & 7
viderunt oculi mei, & ecce non indicatum eſt mihi dimidium ejus quod
vidi; addidiſti ſapientiam & bonitatem ſuper famam quam audivi. Beati 8
viri tui, beati ſervi tui iſti, qui ſtant ante te ſemper, qui audiunt ſapienti-
am tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui complacuit ſibi in te, 9
ita ut poſuerit te ſuper ſolium regni Iſrael, eò quòd amaverit Dominus
Iſrael in ſeculum, & præpoſuit te ut eſſes rex cauſa faciendi judicium ve-
ritatis & juſtitiæ.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܘܒܪܬܗ ܕܦܪܥܘܢ ܣܠܩܬ ܡܢ ܩܪܝܬܗ ܕܕܘܝܕ܂ ܠܒܝܬܐ ܕܒܢܐ ܠܗ ܫܠܝܡܘܢ܂ ܘܗܝܕܝܢ ܒܢܐ 24
ܠܡܠܘܐ܂ * ܘܡܣܩ ܗܘܐ ܫܠܝܡܘܢ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܒܫܢܬܐ܂ ܥܠܘܬܐ ܘܢܟܣܬܐ܂ ܥܠ ܡܕܒܚܐ܂ 25
ܘܣܐܡ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܒܣܡܐ ܩܕܡ ܡܪܝܐ܂ * ܘܫܠܡܗ ܠܒܝܬܐ܂ ܘܥܒܕ ܣܦܝܢܬܐ ܡܠܟܐ 26
ܫܠܝܡܘܢ ܒܥܨܝܘܢܓܒܪ ܕܥܡ ܐܝܠܬ ܥܠ ܣܦܬ ܝܡܐ ܕܣܘܦ܂ ܒܐܪܥܐ ܕܐܪܘܕ܂ * ܘܫܕܪ 27
ܡܠܟܐ ܚܝܪܡ ܠܥܒܕܘܗܝ ܒܣܦܝܢܬܐ܂ ܓܒܪܐ ܡܠܚܐ ܕܝܕܥܝܢ ܝܡܐ܂ ܥܡ ܥܒܕܘܗܝ
ܕܫܠܝܡܘܢ܂ * ܘܐܙܠܘ ܠܐܘܦܝܪ܂ ܘܢܣܒܘ ܡܢ ܬܡܢ ܕܗܒܐ܂ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܟܟܪܝܢ 28
ܘܐܝܬܝܘ ܠܡܠܟܐ ܫܠܝܡܘܢ܂

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝ *

* ܘܡܠܟܬ ܫܒܐ܂ ܫܡܥܬ ܫܡܥܗ ܕܫܠܝܡܘܢ܂ ܘܫܡܗ ܕܡܪܝܐ܂ ܘܐܬܬ܂ ܠܡܢܣܝܘܬܗ 1
ܒܡܬܠܐ܂ * ܘܐܬܬ ܠܐܘܪܫܠܡ܂ ܒܚܝܠܐ ܣܓܝܐܐ܂ ܘܓܡܠܐ ܕܛܥܝܢ ܒܣܡܐ ܘܕܗܒܐ 2
ܣܓܝ ܛܒ܂ ܘܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ܂ ܘܐܬܬ ܠܘܬ ܡܠܟܐ ܫܠܝܡܘܢ܂ ܘܢܣܝܬܗ ܒܟܠܡܕܡ ܕܐܝܬ
ܗܘܐ ܒܠܒܗ܂ * ܘܚܘܝܗ ܫܠܝܡܘܢ܂ ܟܠܗܘܢ ܡܠܝܗ܂ ܘܡܕܡ ܠܐ ܐܬܟܣܝ ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܠܐ 3
ܚܘܝܗ܂ * ܘܚܙܬ ܡܠܟܬ ܫܒܐ ܟܠܗ ܚܟܡܬܗ ܕܫܠܝܡܘܢ܂ ܘܒܝܬܐ ܕܒܢܐ : * ܘܡܐܟܘܠܬܐ 4 5
ܕܦܬܘܪܗ : ܘܡܘܬܒܐ ܕܥܒܕܘܗܝ : ܘܡܩܝܡ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܘܠܒܘܫܝܗܘܢ : ܘܡܫܩܝܢܘܗܝ
ܘܠܒܘܫܝܗܘܢ : ܘܥܠܘܬܗ ܕܡܣܩ ܗܘܐ ܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ܂ ܘܠܐ ܐܫܬܚܪܬ ܬܘܒ ܒܗ ܪܘܚܐ܂
* ܘܐܡܪܬ ܠܡܠܟܐ܂ ܫܪܝܪܐ ܗܘܐ ܦܬܓܡܐ ܕܫܡܥܬ ܒܐܪܥܝ܂ ܥܠ ܦܬܓܡܝܟ ܘܥܠ 6
ܚܟܡܬܟ܂ * ܘܠܐ ܗܝܡܢܬ ܠܦܬܓܡܐ܂ ܥܕܡܐ ܕܐܬܝܬ ܘܚܙܝ ܥܝܢܝ܂ ܘܗܐ ܠܐ ܚܘܝܘܢܝ 7
ܦܠܓܗ܂ ܐܘܣܦܬ ܚܟܡܬܐ ܘܛܒܬܐ܂ ܥܠ ܫܡܥܐ ܕܫܡܥܬ܂ * ܛܘܒܝܗܝܢ ܠܢܫܝܟ܂ 8
ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܥܒܕܝܟ ܗܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܩܕܡܝܟ܂ ܐܡܝܢܐܝܬ ܘܫܡܥܝܢ ܚܟܡܬܟ܂ * ܢܗܘܐ 9
ܡܪܝܐ ܐܠܗܟ ܡܒܪܟ܂ ܕܨܒܐ ܒܟ܂ ܘܐܘܬܒܟ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܐܝܣܪܝܠ܂ ܡܛܠ ܕܪܚܡ ܡܪܝܐ
ܠܐܝܣܪܝܠ ܠܥܠܡ܂ ܘܥܒܕܟ ܡܠܟܐ܂ ܠܡܥܒܕ ܕܝܢܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ܂

Filia verò Pharaonis aſcendit è civitate Davidis in ædem quam extruxerat illi Salomon. 24 Tunc ædificavit Mello. 25 Et offerebat Salomon ter in anno holocauſta & pacifica ſuper altare, ponebatq; ſuper illud thura coram Domino. 26 Perfectâ jam domo, paravit etiam rex Salomon naves in Iſinu-geber quæ eſt prope Eloth, ſecus littus maris Suph, in regione Aruad. 27 Miſitq; rex Hiram ſervos ſuos in iis navib⁹, viros nautas gnaros maris, unà cum ſervis Salomonis: 28 Qui profecti in Ophir tulerunt inde auri talenta quadringenta viginti, & advexerunt ad Salomonem.

CAP. X.

1 REgina verò Saba audito nomine Salomonis & nomine Domini, venit ad probandum eum ænigmatib⁹. 2 Venit inquam Jeruſalem cum exercitu copioſiſſimo, & camelis portantib⁹ magnam vim aromatũ & auri, lapideſq; pretioſos; & adiens regem Salomonem, probavit eum cunctis reb⁹ quas habebat in animo. 3 Et expoſuit ei Salomon cuncta verba, nihilque regem latuit quod non expoſuerit illi. 4 Cúmque regina Saba vidiſſet omnem ſapientiam Salomonis, & domum quam ædificaverat: 5 Cibum menſæ ejus, manſionem ſervorum ejus, ſtatum miniſtrorũ ac indumenta eorum, pincernas & indumenta eorum, & holocauſta quæ offerebat in domo Domini; non remanſit ampliùs in ea ſpiritus: 6 Dixitq; ad regem, Reverà contigit ſermo quem audiveram in regione mea de rebus tuis deque ſapientia tua: 7 Tamen non credidi ſermonibus, donec venirem, & viderent oculi mei; ſed ecce non indicaverant mihi ne dimidium quidem: excedit ſapientia & bonum, famam quam audiveram. 8 Beatæ uxores tuæ, beati ſervi tui qui aſtant jugiter coram te, & audiunt ſapientiam tuam. 9 Sit Dominus Deus tuus benedictus qui te oblectatus eſt, teque collocavit ſuper ſolium Iſraelis: eò quòd dilexit Dominus Iſraelem in perpetuum, regem te conſtituit, ut judicium & juſtitiam exerceres.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* فاما ابنت فرعون فصعدت من قرية داود الي البيت الذي بنا لها سليمان * ثم بني سليمن 24
ملوي * وكان سليمن يقرب ثلاث مرات في السنة قرابينا وذبايحا كاملة على مذبح الرب • 25
ويبخر البخور امام الرب من الاصماغ التي بين يدي الله * واكمل سليمن بناء البيت • ثم 26
عمل سفينة في غيضة وال • التي عند ايلوث عند شط بحر سوف • التي بارض ادوم * ثم ارسل 27
حيرام الملك عبيده في السفينة قوما ملاحين بصيرين بتدبير السفن في البحر • مع عبيد
سليمن * فخرجوا الي بلاد دهلك التي من الهند • وجلبوا من هناك ذهبا اربعماية وعشرين 28
قنطارا • واتوا به سليمن * • الفصل العاشر • * وسمعت ملكة سبا 1
بخبر سليمن واسم الرب • فقدمت من بلادها لتجربه بالامثال والمسايل * فجاءت الي اورسليم في 2
جيش عظيم جدا • ومعها جمالا موقرة ذهبا وعنبرا وجواهرا • فاتت سليمن وجربته بجميع
ما كان في قلبها * فاجابها سليمن وفسر لها كل شي سالته • ولم يخف عن سليمن شي 3
من امثالها * فرات ملكة سبا حكمة سليمن والبيت الذي بناه * وموايده وجلوس عبيده 4 5
بين يديه • وقيام خدمه ولباسهم • وذبايحه وقرابينه التي كان يقرب في بيت الرب • فلم
يبق فيها روح من تعجبها * وقالت • يقينا كان الخبر الذي بلغني في ارضي • وحقق 6
عندي ما سمعت عن اقوالك وحكمتك * وان كنت لم اصدق ما قد بلغني • حتى 7
قدمت وعاينت بعيني • واذا اني لم اخبر بنصف ما عاينت • بل وجدت عندك من الحكمة
اضعاف ما سمعت * طوبا نسايك طوبا عبيدك هولاء الذين يقومون بين يديك ابدا • 8
ويسمعون حكمتك * تبارك الله ربك الذي رضي بك • واجلسك على منبر آل اسرايل • 9
بحب الله لبني اسرايل • فصيرك عليهم ملكا • لتقضي بالحق والعدل • وتعدل بالبر •

Porrò filia Salomonis aſcendit è civitate Davidis in domum quam ædificaverat ei Salomon: tum extruxit Salomon Melvam. 24 *Offerebat autem Salomon ter quotannis oblationes & ſacriſicia perfecta ſuper altare Domini, & adolebat incenſum coram Domino ex gummi qui erant in conſpectu Domini.* 25 *Abſolvit ergò Salomon ædificium domûs, tum ſtruxit navim in ſylva Val quæ eſt prope Iloth ſecus littus maris Suf, quæ eſt in terra Edom.* 26 *Tum miſit Hiramus rex ſervos ſuos in illa navi, homines nautas peritos gubernandi naves in mari, unà cum ſervis Salomonis.* 27 *Qui egreſſi ad regiones Dahlak quæ ſunt ex India, aſportârunt inde auri quadringenta viginti quintaria, & attulerunt ea Salomoni.* 28

CAP. X.

1 *Audiens autem Regina Saba famam Salomonis & nomen Domini, advenit è patria ſua ut tentaret eum parabolis & quæſtionibus.* 2 *Cúmq; advenîſſet Jeruſalem maximo cum comitatu, ſecum habens camelos onuſtos auro, ambaro, & gemmis; adivit Salomonem, & tentavit cum omnibus rebus quas animo conceperat.* 3 *Et reſpondit ei Salomon, & expoſuit illi quicquid ab eo quæſierat, nec latuit Salomonem ullum ex ænigmatibus ejus.* 4 *Cùm etiam vidiſſet regina Saba ſapientiam Salomonis, & ædem quam extruxerat:* 5 *Menſas ejus, conſeſſum ſervorum ejus in præſentia ipſius, ſtationem miniſtrorum ejus, & veſtimentum eorum; ſacriſicia demum & oblationes ejus quas offerebat in domo Domini; non remanſit in ea ſpiritus ob ſtuporem ſuum:* 6 *Et ait, Certiſſimus erat rumor qui ad me pervenerat in terram meam, & pro comperto eſt apud me quod audiveram de ſermonibus tuis & ſapientiâ tuâ;* 7 *Etiamſi fidem non præſtiterim his quæ ad me delata fuerant, donec venirem, & propriis oculis cernerem: ſed ecce haud ſignificata erat mihi dimidia pars eorũ quæ vidi: imò inveni apud te ſapientiam longè ſuperiorem his quæ audiveram.* 8 *Beatæ uxores tuæ, beati ſervi tui iſti qui tibi ſemper aſtant, & audiunt ſapientiam tuam.* 9 *Benedictus Deus Dominus tuus qui te delectatus ſedere te fecit ſuper ſolium Iſraelitarum. Ex amore Dei erga filios Iſrael conſtituit te regem ſuper eos, ut verum & æquum jus diceres, & juſtitiam decerneres.*

מלכים א : י

aromata & , auri talenta viginti & centum regi Deditque
10 ותתן למלך מאה ועשרים ׀ ככר זהב ובשמים
illud aroma ſicut venit non : pretioſum lapidem & ,valde multa
הרבה מאד ואבן יקרה לא בא כבשם ההוא
.Selomoh regi Seba regina dedit quæ ,multitudine in ultrà
עוד לרב אשר נתנה מלכת־שבא למלך שלמה׃
, Ophir ex aurum portabat quæ , Chiram navis etiam Et
11 וגם אני חירם אשר־נשא זהב מאופיר
lapidem & ,valde multum almugim ligna Ophir ex detulit
הביא מאפיר עצי אלמגים הרבה מאד ואבן
fulcrum almugim ligna rex Fecitque .pretioſum
12 יקרה׃ ויעש המלך את־עצי האלמגים מסעד
: cantoribus nabla & ,citharas & ,regis domus & ,Domini domus
לבית־יהוה ולבית המלך וכנרות ונבלים לשרים
diem ad uſque eſt viſum nec ,almugim ligna ſic venit non
לא בא־כן עצי אלמגים ולא נראה עד היום
omnem Seba reginæ dedit Selomoh rex Et .hanc
13 הזה׃ והמלך שלמה נתן למלכת־שבא את־כל־
manum ſecundùm ei dedit quæ præter ,petivit quam ſuam voluntatem
חפצה אשר שאלה מלבד אשר נתן־לה כיד
.ejus ſervi & ipſa ,ſuam terram in abiit & ,ſe vertit & : Selomoh regis
המלך שלמה ותפן ותלך לארצה היא ועבדיה׃
, uno anno in, Selomoh ad veniebat quod auri pondus erat Et
14 ויהי משקל הזהב אשר־בא לשלמה בשנה אחת
viros Præter .auri talentorum ſex & ſexaginta ſexcentorum
15 שש מאות ששים ושש ככר זהב׃ לבד מאנשי
,Arabiæ reges omnes & ,aromatariorum negotiationem & , ſcrutatores
התרים ומסחר הרכלים וכל־מלכי הערב
ſcuta ducenta Selomoh rex fecit Et .terræ duces &
16 ופחות הארץ׃ ויעש המלך שלמה מאתים צנה
ſcutum ſuper fecit aſcendere aureos ſexcentos : tracto auro
זהב שחוט שש־מאות זהב יעלה על־הצנה
tres : tracto auro clypeos trecentos Et .unum
17 האחת׃ ושלש־מאות מגנים זהב שחוט שלשת
eos dedit & : unumquemque clypeum ſuper aſcendere fecit auri minas
מנים זהב יעלה על־המגן האחת ויתנם
ſolium rex fecit Et .Lebanon ſylvæ domo rex
18 המלך בית יער הלבנון׃ ויעש המלך כסא־
gradus Sex .roborato auro illud operuit & , grande dentis
19 שן גדול ויצפהו זהב מופז׃ שש מעלות
hinc manus & ,ipſum poſt à ſolio rotundum caput & ,ſolio
לכסה וראש עגול לכסה מאחריו וידת מזה
ſtantes leones duo & : ſeſſionis locum ad inde &
ומזה אל־מקום השבת ושנים אריות עמדים
ibi ſtantes leunculi duodecim Et .manus apud
20 אצל הידות׃ ושנים עשר אריים עמדים שם
omnibus in ſic fuit factum non : inde & hinc gradus ſex ſuper
על־שש המעלות מזה ומזה לא נעשה כן לכל־
.regnis
ממלכות׃

Verſio VULG. LAT.

10 Dedit ergò regi centū viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretioſas: non ſunt allata ultrà aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. 11 (Sed & claſſis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretioſas. 12 Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domûs Domini, & domûs regiæ, & cytharas lyráſq; cantoribus: non ſunt allata hujuſcemodi ligna thyina, neque viſa uſque in præſentem 13 diem.) Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit & petivit ab eo: exceptis his, quæ ultrò obtulerat ei munere regio. Quæ reverſa eſt, & abiit in terram ſuam 14 cum ſervis ſuis. Erat autem pondus auri, quod afferebatur Salomoni per annos ſingulos, ſexcentorum ſexaginta ſex ta- 15 lentorum auri: Excepto eo, ꝙ afferebant viri qui ſuper vectigalia erant, & negotiatores, univerſique ſcruta vendentes, & omnes reges Arabiæ, ducéſque terræ. 16 Fecit quoq; rex Salomon ducenta ſcuta de auro puriſſimo, ſexcentos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti unius. 17 Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæ minæ auri unam peltam veſtiebant: poſuítque eas rex in domo ſaltûs 18 Libani. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & veſtivit eum auro 19 fulvo nimis, Qui habebat ſex gradus: & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori: & duæ manus hinc atque inde tenentes ſedile: & duo leones ſtabant juxta 20 manus ſingulas. Et duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde: non eſt factum tale opus in univerſis regnis.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Tranſlatione LATINA.

13 Καὶ ὁ βασιλεὺς Σαλωμὼν ἔδωκε τῇ βασιλίσσῃ Σαβὰ πάντα ὅσα ἠθέλησεν, ὅσα ᾐτήσατο, ἐκτὸς πάντων ὧν ἐδεδώκει αὐτῇ διὰ χειρὸς τοῦ βασιλέως Σαλωμών. καὶ ἀπεστράφη, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν γῆν (ο) αὐτῆς αὐτὴ, καὶ πάντες οἱ παῖδες αὐτῆς. 14 Καὶ (π) ἦν ὁ σταθμὸς τοῦ χρυσίου τοῦ ἐληλυθότος τῷ Σαλωμὼν ἐν ἐνιαυτῷ ἑνὶ, (ρ) ἑξακόσια καὶ ἑξηκονταὲξ τάλαντα χρυσίου, 15 χωρὶς τῶν φόρων τῶν ὑποτεταγμένων καὶ τῶν (σ) ἐμπόρων καὶ πάντων τῶν βασιλέων τοῦ πέραν καὶ τῶν σατραπῶν τῆς γῆς. 16 Καὶ ἐποίησε (τ) Σαλωμὼν τριακόσια δόρατα χρυσᾶ ἐλατά· τριακόσιοι χρυσοῖ ἐπῆσαν 17 ἐπὶ τὸ δόρυ τὸ ἕν· Καὶ τριακόσια (υ) ὅπλα χρυσᾶ ἐλατά· καὶ τρεῖς (φ) μναῖ ἐνῆσαν χρυσοῦ εἰς τὸ ὅπλον τὸ ἕν. καὶ ἔδωκεν αὐτὰ ὁ βασιλεὺς 18 εἰς οἶκον δρυμοῦ τοῦ Λιβάνου. Καὶ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς θρόνον ἐλεφάντινον μέγαν, καὶ περιεχρύσωσεν αὐτὸν χρυσίῳ δοκίμῳ. 19 Ἓξ ἀναβαθμοὶ τῷ θρόνῳ, καὶ προτομαὶ μόσχων τῷ θρόνῳ ἐκ τῶν ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ (χ) χεῖρες ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπὶ τοῦ τόπου τῆς καθέδρας, καὶ δύο (ψ) λέοντες ἑστηκότες παρὰ τὰς χεῖ- 20 ρας, Καὶ δώδεκα λέοντες ἑστῶτες ἐκεῖ ἐπὶ τῶν ἓξ ἀναβαθμῶν ἔνθεν καὶ ἔνθεν. οὐ γέγονεν 21 οὕτως πάσῃ βασιλείᾳ. Καὶ πάντα τὰ (ω) σκεύη τὰ ὑπὸ τοῦ Σαλωμὼν γεγονότα χρυσᾶ, καὶ λουτῆρες (α) χρυσοῖ, καὶ πάντα τὰ σκεύη οἴκου (β) δρυμοῦ τοῦ Λιβάνου χρυσίῳ (γ) συγκεκλεισμένα. οὐκ ἦν ἀργύριον, ὅτι οὐκ ἦν (δ) 22 λογιζόμενον ἐν ταῖς ἡμέραις (ε) Σαλωμών· Ὅτι ναῦς Θαρσὶς τῷ (ζ) βασιλεῖ Σαλωμὼν ἐν τῇ θαλάσσῃ μετὰ τῶν νηῶν Χιράμ. μία διὰ τριῶν ἐτῶν ἤρχετο τῷ βασιλεῖ ναῦς ἐκ Θαρσὶς χρυσίου καὶ (η) ἀργυρίου καὶ λίθων τορευτῶν καὶ πελεκητῶν. Αὕτη ἦν ἡ πραγματεία τῆς προνομῆς ἧς ἀνήνεγκεν ὁ βασιλεὺς Σαλωμὼν οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον κυρίου, καὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως, καὶ τὸ τεῖχος Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν ἄκραν, τοῦ περιφράξαι τὸν φραγμὸν τῆς πόλεως Δαυὶδ, καὶ τὴν Ἀσσοὺρ, καὶ τὴν Μαγδὰλ, καὶ τὴν Γαζὲρ, καὶ τὴν Βαιθωρὼν τὴν ἀνωτέρω, καὶ τὴν Ἰεθερμαὰθ, καὶ πάσας τὰς πόλεις τῶν ἁρμάτων, καὶ πάσας τὰς πόλεις τῶν ἱππέων, καὶ τὴν πραγματείαν Σαλωμὼν, ἣν ἐπραγματεύσατο οἰκοδομῆσαι ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ, τοῦ μὴ κατάρξαι αὐτοῦ πάντα τὸν λαὸν τὸν ὑπολελειμμένον ἀπὸ τοῦ Χετταίου καὶ τοῦ Ἀμορραίου καὶ τοῦ Φερεζαίου καὶ τοῦ Χαναναίου καὶ τοῦ Εὐαίου καὶ τοῦ Ἰεβουσαίου καὶ τοῦ Γεργεσαίου τῶν μὴ ἐκ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὄντων, τὰ τέκνα αὐτῶν τὰ ὑπολελειμμένα μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ, οὓς οὐκ ἐδύναντο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐξολοθρεῦσαι αὐτοὺς, καὶ ἀνήγαγεν αὐτοὺς Σαλωμὼν εἰς φόρον ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. καὶ ἐκ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ οὐκ ἔδωκε Σαλωμὼν πρᾶγμα, ὅτι αὐτοὶ ἦσαν ἄνδρες οἱ πολεμισταὶ, καὶ παῖδες αὐτοῦ καὶ ἄρχοντες καὶ τρισσοὶ αὐτοῦ, καὶ ἄρχοντες τῶν ἁρμάτων αὐτοῦ, καὶ ἱππεῖς αὐτοῦ.
23 Καὶ ἐμεγαλύνθη Σαλωμὼν ὑπὲρ πάντας τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς πλούτῳ καὶ φρονήσει.
24 Καὶ πάντες βασιλεῖς τῆς γῆς ἐζήτουν τὸ πρόσωπον Σαλωμὼν, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φρονήσεως αὐτοῦ ἧς ἔδωκε κύριος τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.
25 Καὶ αὐτοὶ (θ) ἔφερον ἕκαστος τὰ δῶρα, σκεύη χρυσᾶ, καὶ ἱματισμὸν, στακτὴν, καὶ ἡδύσματα, καὶ ἵππους, καὶ ἡμιόνους τὸ κατ' (ι) ἐνιαυτὸν ἐνιαυτῷ.
26 Καὶ ἦσαν τῷ Σαλωμὼν τέσσαρες χιλιάδες θήλειαι ἵπποι (κ) εἰς ἅρματα, καὶ δώδεκα χιλιάδες ἱππέων. καὶ ἔθετο αὐτὰς ἐν ταῖς πόλεσι τῶν ἁρμάτων καὶ μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ ἦν ἡγούμενος πάντων τῶν βασιλέων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ καὶ ἕως γῆς ἀλλοφύλων καὶ ἕως ὁρίων Αἰγύπτου.

13 Et rex Salomon dedit reginæ Saba omnia, quæcunq; voluit, quæcunq; petiit, præter omnia quæ dederat ei per (k) manum regis Salomon. Et revertit, & venit in terram ſuam, ipſa, & omnes pueri ejus. 14 Et erat pondus auri, quod veniebat ad Salomon in anno uno, ſexcenta, & ſexaginta ſex talenta auri, 15 Abſq; tributis ſubditorū, (l) et mercatorum, & omnium regum regionis ulterioris, & ſatraparum terræ. 16 Et fecit Salomon (m) trecentas lanceas aureas ductiles (trecenti aurei inerant in lancea una) 17 & trecenta (n) ſcuta aurea ductilia: & tres minæ inerant auri in ſcuto uno. Et dedit ea rex in domum ſylvæ Libani. 18 Et fecit rex thronum elephantinum magnum: & circumauravit illū auro probato. 19 Sex gradus throno: & prominentiæ vitulorum ipſi throno ex poſterioribus ejus: & manus hinc, & hinc ſuper locum cathedræ: & duo leones ſtantes juxta manus: 20 Et duodecim leones ſtantes ibi ſuper ſex gradus, hinc, & hinc. Non factum eſt ſic omni regno. 21 Et omnia vaſa, (o) quæ à Salomon facta, aurea, & luteres aurei, Et omnia vaſa domûs ſylvæ Libani auro concluſa. Non fuit argentum: quoniam non erat reputatum in diebus Salomon: 22 Quia navis Tharſis erat regi Salomon in mari cum (p) navibus Chiram: una per tres annos veniebat regi navis è Tharſis auri, & (q) argenti, & lapidum tornatorum, & dolatorum. Hæc (r) fuit ſumma diſtributionis quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini, & domum regis, & murum Hieruſalem, & arcem, ad circumſepiendum ſepem civitatis David, & Aſſur, & Magdal, & Gazer, & Bethoron ſuperiorem, & Jethermath, & omnes civitates curruum, & omnes civitates equitum, & negotiationem Salomon, quam negotiatus eſt, ædificando in Hieruſalem, & in omni terra. (ſ) Ut non opprimeret eum; omnem populum reſiduum de Chettæo, et Amorrhæo, & Pherezæo, et Chananæo, & Euæo, & Jebuſæo, & Gergeſæo, de iis qui non erant ex filiis Iſrael, filios eorum reſiduos (t) cum eo in terra, quos non poterant filii Iſrael exterminare eos, & adduxit eos Salomon in tributum uſq; in diem hanc. Et de filiis Iſrael non dedit Salomon (u) moleſtiam: quoniam ipſi erant viri bellatores, & pueri ejus & principes, & (x) tertiarii ejus, & principes curruum ejus, & equites ejus. 23 Et magnificatus eſt Salomon ſuper omnes reges terræ divitiis, & prudentiâ. 24 Et omnes reges terræ quærebant faciem Salomon, ad audiendam prudentiam ejus quam dederat Dominus cordi ejus. 25 Et ipſi ferebant unuſquiſq; dona, vaſa (y) aurea, & veſtem; ſtactem, & ſuavitates, & equos, & mulos, (z) quod per annum, anno. 26 Et fuerunt Salomon (aa) quatuor mille fœminæ equæ ad currus, & duodecim millia equitum. Et poſuit ea in civitatibus curruum, & cum rege in Hieruſalem. Et fuit Dux omnium regum à flumine, & uſq; ad terram alienigenarum, & uſq; ad terminos Ægypti.

MS.A. (ο) αὐτῆς, καὶ (π) ἦν σταθμὸς (ρ) ἑξακόσια ἑξηκονταὲξ (σ) ἐμπόρων τῶν ῥωποπωλῶν, καὶ (τ) ὁ βασιλεὺς Σαλωμὼν (υ) ὅπλα ἐλατά· (φ) μναῖ χρυσίου ἐνῆσαν (χ) χεῖρες ἐπὶ τοῦ θρόνου ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς καθέδρας, (ψ) λέοντες * ἑστῶτες ἐκεῖ ἐπὶ τῶν ἓξ (ω) σκεύη τοῦ ποτοῦ τοῦ βασιλέως Σαλωμὼν χρυσᾶ γεγονότα, καὶ (α) χρυσοῖ, πάντα (β) τοῦ δρυμοῦ (γ) συγκεκλεισμένῳ. (δ) λογιζόμενον (ε) Σαλωμών. Εἰσότι οὖν ὅτι (ζ) βασιλεῖ ἐν (η) ἀργυρίου καὶ ὀδόντων ἐλεφαντίνων, καὶ πιθήκων καὶ ταώνων. Καὶ ἐμεγαλύνθη Σαλωμὼν ut verſ. ſeq. 23. (θ) ἔφερον πρὸς αὐτὸν τὰ δῶρα αὐτοῦ, σκεύη ἀργυρᾶ καὶ σκεύη χρυσᾶ, καὶ ἱματισμὸν, (ι) ἐνιαυτὸν ἐνιαυτόν. Καὶ συνέλεξεν Σαλωμὼν ἅρματα καὶ ἵππους, καὶ ἦσαν τῷ Σαλωμὼν τεσσαράκοντα χιλιάδες (κ) καὶ εἰς

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

10 ויהבת למלכא מאה ועסרין ככרין דדהבא ובוסמנין סגי לחדא ואבנין טבן
11 לא אתא כבוסמניא האנון עוד לסגי די יהבת מלכת שבא למלכא שלמה : ואף
ספינתא דחירם דמיתיא דהבא מאופיר איתיאת מאופיר אעי אלמוגין סגי לחדא
12 ואבנין טבן : ועבד מלכא ית אעי אלמוגיא סעיד לבית מקדשא דיי ולבית
מלכא וכנריא ונבליא לבני לוי לא אתו כן אעי אלמוגין ולא אתחזיאו עד יומא
13 הדין : ומלכא שלמה יהב למלכת שבא ית כל רעותה דשאילת בר מדמני לה
14 כעותר ידא דמלכא שלמה ואתפניאת ואזלת לארעה היא ועבדהא : והוה
מתקל דדהבא די הוה אתי לשלמה בשתא חדא שית מאה שתין ושית ככרי
15 דדהבא : בר מאגר אומניא וסחורת תגריא וכל מלכי סומכותא ושלטוני
16 ארעא : ועבד מלכא שלמה מאתן תרסין דדהבא טבא שית מאה דדהבא
17 מסיק על תריסא חדא : ותלת מאה מגנין דדהבא טבא תלתא מנן דדהבא
18 מסיק על מגנא חדא ומננון מלכא בית מקירת מלכיא : ועבד מלכא
19 כורסיא דשנא רבא וחפהי דדהבא טבא : שתא דרגין לכורסיא וריש סגלגל
לכורסיא מאחורוהי ואשדתא מכא ומכא על אתר מותבא ותרין אריון
20 קימין בסטר אשדתא : ותרי עשר אריון קימין תמן על שתא דרגין מכא ומכא
לא אתעבד כן לכל מלכותא :

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

10 Et dedit regi centum & viginti talenta auri, & aromata multa valdè, & lapides bonos, non venerunt ſicut aromata illa ampliùs in multitudine, quæ dedit regina Seba regi Selomoh. 11 Et etiam navis Hhiram quæ adferebat aurum ex Ophir, advexit ex Ophir ligna coraliorum multa valdè, & lapides bonos. 12 Et fecit rex è lignis coraliorum appodiamen domui ſanctuarii Domini, & domui regis; & citharas, & nabla filiis Levi: non venerunt talia ligna coraliorum, nec viſa ſunt ad diem hanc. 13 Et rex Selomoh dedit reginæ Seba omne placitum ejus quod petivit; præter id quod numeravit ei ſecundùm opulentiam manus regis Selomoh; & vertit ſe, & ivit in terram ſuam ipſa, & ſervi ejus. 14 Et erat pondus auri, quod veniebat ipſi Selomoh ſingulis annis; ſexcentorum & ſexaginta ſex talentorum auri. 15 Præter mercedem artificum, & negotiationem mercatorum, & omnium regum Zzumchevatha & principum terræ. 16 Et fecit rex Selomoh ducenta ſcuta auri boni, ſexcentos aureos aſcendere faciens ſuper ſcutum unumquodque. 17 Et trecentos clypeos auri boni, tres minas auri aſcendere fecit ſuper clypeum quodque, & poſuit eos rex in domo refrigerii regum. 18 Et fecit rex ſolium eburneum magnum, & obduxit illud auro bono. 19 Sex gradus erant ſolio, & caput rotundum erat ſolio à poſteriori ejus, & ſuſtentacula hinc & inde ſuper locum ſeſſionis, & duo leones ſtabant in latere ſuſtentaculi. 20 Et duodecim leones ſtabant ibi ſuper ſex gradus hinc & inde; non factum fuit tale in cunctis regnis.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܘܝܗܒܬ ܠܡܠܟܐ ܫܠܝܡܘܢ܂ ܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܟܟܪܝܢ ܕܕܗܒܐ܂ ܘܒܣܡܐ ܣܓܝܐܐ ܛܒ܂ 10
ܘܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ܂ ܘܠܐ ܐܬܐ ܐܝܟ ܒܣܡܐ ܗܢܘܢ ܬܘܒ܂ ܕܝܗܒܬ ܡܠܟܬ ܫܒܐ ܠܫܠܝܡܘܢ܂
* ܘܐܦ ܣܦܝܢܬܐ ܕܚܝܪܡ܂ ܕܐܝܬܝ ܕܗܒܐ ܡܢ ܐܘܦܝܪ܂ ܘܐܝܬܝ ܡܢ ܐܘܦܝܪ܂ ܩܝܣܐ 11
ܕܦܣܬܩܐ ܣܓܝܐܐ ܛܒ܂ ܘܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ܂ * ܘܥܒܕ ܡܠܟܐ ܫܠܝܡܘܢ ܩܝܣܐ ܕܦܣܬܩܐ 12
ܠܣܡܟܐ ܠܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ܂ ܘܠܒܝܬܗ ܕܡܠܟܐ܂ ܘܟܢܪܐ ܘܡܙܡܪܐ ܠܡܫܒܚܢܐ܂ ܠܐ ܐܬܐ܂
ܐܝܟ ܗܢܘܢ ܩܝܣܐ ܕܦܣܬܩܐ܂ ܘܠܐ ܐܬܚܙܝܘ܂ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ܂ * ܘܡܠܟܐ ܫܠܝܡܘܢ 13
ܝܗܒ ܠܡܠܟܬ ܫܒܐ܂ ܟܠ ܡܕܡ ܕܨܒܬ ܘܫܐܠܬ܂ ܣܛܪ ܡܢ ܡܕܡ ܕܝܗܒ ܠܗ ܐܝܟ
ܐܝܕܐ ܕܡܠܟܐ܂ ܘܗܦܟܬ ܘܐܙܠܬ ܠܐܪܥܗ܂ ܗܝ ܘܥܒܕܝܗ܂ * ܘܗܘܐ ܡܬܩܠܐ ܕܕܗܒܐ ܕܐܬܐ 14
ܗܘܐ ܠܫܠܝܡܘܢ ܒܫܢܬܐ ܚܕܐ܂ ܫܬܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܫܬ ܟܟܪܝܢ ܕܕܗܒܐ܂ * ܣܛܪ ܡܢ ܐܢܫܐ 15
ܬܓܪܐ ܘܐܘܡܢܐ ܕܐܬܝܢ܂ ܘܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܕܥܪܒܝܐ ܘܫܠܝܛܢܐ ܕܐܪܥܐ܂ * ܘܥܒܕ ܡܠܟܐ 16
ܫܠܝܡܘܢ܂ ܡܐܬܝܢ ܬܪܣܝܢ ܕܕܗܒܐ ܦܫܝܛܐ܂ ܫܬܡܐܐ ܡܢܝܢ ܢܦܩ ܠܟܠ ܬܪܣܐ ܚܕ܂
* ܘܬܠܬܡܐܐ ܡܓܢܐ ܕܕܗܒܐ ܦܫܝܛܐ܂ ܘܬܠܬܡܐܐ ܡܢܝܢ ܕܕܗܒܐ ܢܦܩ ܠܟܠ ܡܓܢܐ ܚܕ܂ 17
ܘܣܡ ܐܢܘܢ ܡܠܟܐ ܒܒܝܬ ܥܒܐ ܕܠܒܢܢ܂ * ܘܥܒܕ ܡܠܟܐ܂ ܟܘܪܣܝܐ ܕܫܢܐ܂ ܪܒܐ܂ 18
ܘܚܦܝܗ ܕܗܒܐ ܡܢ ܐܘܦܝܪ܂ * ܘܥܒܕ ܠܟܘܪܣܝܐ ܫܬ ܕܪܓܝܢ܂ ܘܪܝܫܗ ܕܟܘܪܣܝܐ ܚܕܝܪܐ 19
ܡܢ ܒܣܬܪܗ܂ ܘܐܝܕܘܬܐ ܡܢ ܗܪܟܐ ܘܡܢ ܗܪܟܐ܂ ܠܘܬ ܐܬܪܐ ܕܡܘܬܒܐ܂ ܘܬܪܝܢ ܐܪܝܘܬܐ܂ ܩܝܡܝܢ ܡܢ ܗܪܟܐ
ܘܡܢ ܗܪܟܐ܂ * ܘܬܪܥܣܪ ܐܪܝܘܬܐ ܩܝܡܝܢ ܥܠ ܫܬ ܕܪܓܝܢ ܡܢ ܗܪܟܐ ܘܡܢ ܗܪܟܐ܂ ܠܐ ܐܬܥܒܕ 20
ܗܟܢܐ ܒܟܠܗܝܢ ܡܠܟܘܬܐ܂

* Et dedit regi Salomoni centum viginti talenta 10
auri, & odoramentorum magnam copiam,
lapidéſque pretioſos : nec fuerunt ampliùs
advecta talia odoramenta, qualia dedit
regina Saba Salomoni. (Naves quoque 11
Hirami advexerunt aurũ ex Ophir,attulerunt
etiam ex Ophir ligna braſilica ingenti copiâ,
& lapides pretioſos. Adhibuit autẽ rex Salomon 12
ligna braſilica in ornamentum pro domo
Domini & pro domo regia, & in nabla
& citharas pro cantoribus : talia ligna braſilica
nec allata nec viſa fuerant ad hunc uſq;
diem.) Viciſſim rex Salomon dedit Reginæ 13
Saba quicquid voluit & expetivit, præter
res quas dederat illi pro manu (*i. munificentiâ*)
regiâ : ſic reverſa abiit in regionem
ſuam unà cum ſervis ſuis. Cæterùm 14
pondus auri quod obveniebat Salomoni in
uno anno, erat ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum
auri : Exceptis *iis quæ obveniebant* 15
ei ab artificibus, & mercibus negotiatorum,
cunctis regibus Arabum, & principibus terræ.
Fecit quoque rex Salomon ducentos clypeos 16
ex auro puriſſimo, ſexcentas autem minas
inſumpſit in quemlibet clypeum. Et trecenta 17
ſcuta ex auro puriſſimo, & trecentas
auri minas inſumpſit in quodlibet ſcutum ;
poſuítque ea rex in domo ſaltûs Libani.
Fecit præterea rex ſolium eburneum ingens, 18
& obduxit illud auro ex Ophir *advecto*. Solio 19
fecit ſex gradus, & faſtigium ſolii rotundum
erat à tergo, & brachia hinc inde
in loco ſedis, & bini leones ſtabant utrinque
: Et duodeni leones ſtabant hinc inde à 20
lateribus ſex illorum graduum ; nihil tale
factum eſt in ullo regno.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* وجاءت ملكة اليمن هذه لسليمن الملك * بماية وعشرين قنطار ذهب * وعنبرا كثيرا * 10
وانواع الطيب والجواهر المرتفعة * ولم يجي مثل ذلك الطيب والعنبر الذي وهبت ملكة
اليمن لسليمن * واتت به الي ارض اسرايل * وسفن حيرام ايضا حملت ذهبا من ارض 11
الهند * وجي فيها بخشب الحيم * وهذا الخشب مصور في خلقته باصبغ من الاصباغ * كثير
وجواهر مرتفعة * وجعل سليمن من الخشب المصور الذي اتاه * في بيت الرب وبيته * وزينها 12
به * وجعل منه ايضا عيدانا ومعازفا للروساء من بيت لاوي * الذين يسبحون في بيت الرب
به * ولم يجي مثل ذلك الخشب الي ارض اسرايل ايضا * ولم ير مثله الي اليوم * واجاز سليمان 13
الملك ملكة سبا * ووهب لها كل شي طلبت * هذا سوي الجوايز الذي يجيز الملوك بعضها
بعضا * فخرجت من عنده * وانصرفت الي بلادها هي وعبيدها وخيلها * وكان وزن الذهب 14
الذي اجمع لسليمن في تلك السنة * ست ماية وسته وستون قنطارا * غير ما كان ياتون به 15
صناعه وتجاره * وكان جميع الملوك والسلاطين كلها التي للارض * وروساء الشعوب يهدون الي
سليمان الهدايا * ويكرمونه * وعمل سليمان الملك * مايتي ترس من ذهب ابريز * في كل ترس 16
ستماية منا من ذهب * وعمل ايضا ثلاث ماية درقة من ذهب ابريز * في كل درقة ثلاث ماية 17
منا من ذهب * وصيرها الملك في البيت الذي بناه وسماه غيضة لبنان * ثم عمل سليمن 18
ايضا منبرا كبيرا من عاج * والبسه ذهبا من الذهب الذي اتاه من الهند * وصير للمنبر 19
سته درجات * وصير راس هذا المنبر مدورا من خلفه * وفي الجانبين جعل للمجلس متكا
في كل جانب منها * وجعل علي جانبيه اسدين من ذهب * واحدا عن يمينه * والاخر عن يساره
* وجعل علي كل درجة اسدين * فصارت الاسوده اثني عشر * علي سته درجات * يمينه ويساره * 20
ولم يعمل مثل هذا المنبر في جميع المملكات *

* *Eadem hæc regina Auſtri attulit regi Salomoni* 10
centum viginti quintaria auri,ambarum
permultum,genera odorũ & gemmarum
præſtantiſſimarũ: nec unquam venerant
tales odores nec ambarum,quæ regina
Auſtri donavit Salomoni,quæque advexerat
ad terram Iſraeliticam. Naves 11
etiam Hirami tulerunt aurum è terra Indica,
& advectum fuit in eis lignum coloratum
(eſt autem lignum iſtud naturaliter
pictum variis colorum generibus)permultum,
gemmæq; præſtantiſſimæ. Poſuítque 12
Salomon ex ejuſmodi ligno picto
quod allatum ipſi fuerat, in domo Domini
& in domo ſua, eóque ornavit eas : ex
eodem compoſuit etiam fides & ſiſtra pro
principibus familiæ Leviticæ, qui canebant
in domo Domini : nunquam adhuc
venerat tale lignum in terram Iſraeliticam,
nec illi ſimile viſum fuerat ad hodiernam
uſque diem. Salomon quoque rex 13
donavit Reginæ Sabæ, eique largitus eſt
quicquid poſtulavit, præter munera quæ
reges mutuò ſibi donare cõſueverunt: ſic ab
eo egreſſa rediit in patriam ſuam tam ipſa
quam ſervi & equi ſui. Fuit autem 14
pondus auri quod coactum fuit Salomoni
eo anno, ſexcentorum ſexaginta ſex
quintariûm : Præter illud quod afferebant 15
artifices & mercatores ejus. Omnes præterea
reges,omnéſque orbis imperatores,&
principes populorum mittebant ad Salomonem
munera,et honore afficiebant eum.
Item fecit Salomon rex ducentos clypeos 16
ex auro obryzo, & in quolibet clypeo ſexcentæ
extabant auri minæ. Fecit etiam 17
trecenta ſcuta ex auro obryzo, et in unumquodque
ſcutum trecentas auri minas inſumpſit:
& collocavit ea rex in æde quam
extruxerat,et appellaverat, Saltum Libani.
Ad hæc fecit Salomon tribunal maximum 18
ex ebore,& obduxit illud auro, ex eo ſcilicet
auro quod allatũ fuerat ei ex India.
Eidem tribunali fecit ſex gradus,ejuſdémque 19
tribunalis verticem rotundum fecit à
tergo : & in utroque ſedis latere fecit fulcrum
utrinque, & ſuper gemina ejuſdem
latera poſuit geminos leones aureos,unum
à dextera,alterum à ſiniſtra. Singulis etiam 20
gradibus binos impoſuit leones,adeóque
duodecim fuerunt leones ſuper ſex illos
gradus dextrorſum & ſiniſtrorſum :
nunquam factum fuit hujuſmodi tribunal
in univerſis regnis.

מלכים א׃ יא

domus vaſa omnia & ,aurea Selomoh regis *propinationis* vaſa omnia Et
21 וְכֹל כְּלֵי מַשְׁקֵה הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה זָהָב וְכֹל כְּלֵי בֵּית־
diebus in reputabatur nec ,argentum non *:concluſo* auro Lebanon ſaltus
יַעַר הַלְּבָנוֹן זָהָב סָגוּר אֵין כֶּסֶף לֹא נֶחְשָׁב בִּימֵי
cum *mari in* regi Tarſis navis Quia .quicquam *in* Selomoh
22 שְׁלֹמֹה לִמְאוּמָה׃ כִּי אֳנִי תַרְשִׁישׁ לַמֶּלֶךְ בַּיָּם עִם
Tharſis navis veniebat annis tribus in ſemel :Chiram navi
אֳנִי חִירָם אַחַת לְשָׁלֹשׁ שָׁנִים תָּבוֹא ׀ אֳנִי תַרְשִׁישׁ
.pavos & ,ſimias & ,elephantum dentes ,argentum & aurum *portans*
נֹשְׂאֵת זָהָב וָכֶסֶף שֶׁנְהַבִּים וְקֹפִים וְתֻכִּיִּים׃
,terræ regibus omnibus præ Selomoh rex eſt magnificatus Et
23 וַיִּגְדַּל הַמֶּלֶךְ שְׁלֹמֹה מִכֹּל מַלְכֵי הָאָרֶץ
facies quærentes terra omnis Et .ſapientia in & ,*opulentia* in
24 לְעֹשֶׁר וּלְחָכְמָה׃ וְכָל־הָאָרֶץ מְבַקְשִׁים אֶת־פְּנֵי
.ejus corde in Deus *dederat* quam ,ejus ſapientiam *audiendum ad* ,Selomoh
שְׁלֹמֹה לִשְׁמֹעַ אֶת־חָכְמָתוֹ אֲשֶׁר־נָתַן אֱלֹהִים בְּלִבּוֹ׃
,aurea vaſa & ,argentea vaſa ;ſuum munus *vir afferentes ipſi* Et
25 וְהֵמָּה מְבִאִים אִישׁ־מִנְחָתוֹ כְּלֵי־כֶסֶף וּכְלֵי זָהָב
.*anno in anni rem* ;mulos & ,equos ;aromata & ,*armaturā* & ,veſtes &
וּשְׂלָמוֹת וְנֵשֶׁק וּבְשָׂמִים סוּסִים וּפְרָדִים דְּבַר־שָׁנָה בְּשָׁנָה׃
quadrin- & mille ei *fuit* & :equites & ,*currum* Selomoh congregavit Et
26 וַיֶּאֱסֹף שְׁלֹמֹה רֶכֶב וּפָרָשִׁים וַיְהִי־לוֹ אֶלֶף וְאַרְבַּע־
